

Galendo vel posterioribus tuis ab omni integritate concedo libertas.

Et si quispiam ausus fuerit venire ex comitale vel regali parte contrarium contra hanc regula seu mici Fredinando Gundissalbiz iussionem vel istius rei caterbatim factura, sit yipse in primis separatus a fide catholica, et anima eius sit consors Domini traditori Juda, corpus eius careat amborum lumina atque adhuc (*sic*) vivens corpore vermibus devorentur eius viscera; et huc traens simul et anima veniat ei maledictio sicut Anania et Safira, quos vivos absorbuit terra; et sit semper cremandus in inferno inferiore gehenna, amen.

Et istos terminos quam ego Fredinando Gundissalbiz ad integrum concedo, cum suo iam supradicto foro, nullus sit ausus tibi Galendo abbati vel posterioribus tuis contendere in aliquo, tam etiam in vita quam et post obitum meum, ut ex hoc die et deinceps abeam tu abba Galendo vel posterioribus tui libera mente, iure quieto, longo per evo, ut nullos homo vos inquietare presummat ultra, set faciat inde quod fuerit vestre volumptati.—Omnia igitur, que iam supra est taxatum, ab omni integritate sit concessum ecclesie Sancte Marie et cultoribus ibidem servientibus tempore perpetuo, videlicet, ea ratione servata, exinde ego Fredinando Gundissalbiz abeam subsidium post obitum meum atque et parentum meorum deleantur tantorum facinorum, et in die iudicii evadamus eternali supplicio; et quod supra memoratum est ecclesie Sancte Marie sit semper concessum et fratribus ibidem commorantibus perenniter abiturum.

Si vero aliquis ex seculo potentis seu qualivet militis vel cumque populus universitatis, ut tamen pontificalis seu armigeratis, inquietare voluerit his meis factis, aut quem livet homo venerit ad inrumpendum supra nominatum terminum et blasphemaverit his meis datis, aut contenderit terris vel vineis seu lignarum arbusculis aut etiam molinis cum suis productilibus aquis, aut vero mittere voluerit alius foris supra taxatis, in primis sit ipse maledictus a Deo et a sanctis eius angelis, et omnia quicquid contenderit vel pro quacumque levaverit voce in altum contra ecclesie Sancte Marie iudicium compulsandum, ipse, qui fert voce, reddat quod postulat dupplatum vel triplatum in simili loco fundatum; et ad comitis seu

regia parte exsolbat X. libras ex purissimo auro; et huius superscriptio sit firmis et stabilis per seculorum temporis, amen.

Facta regula monasterii confirmationis vel foris seu hereditate donationis atque ab omni servitute regali ingenuationis seu acceptio terminationis die notum V. Idus Marci, Era TVII.^a, rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego iam supradictum Fredinando Gundissalbiz, gratia Dei comite, hoc testamentum a me factum et ad ecclesia Sancte Marię hereditate vel iam abiacentiis omnibus supra nominatum, manu propria tibi Galindo abbati confirmabi ✠, atque ad aliorum plurimorum virorum dedi ad confirmandum ad rovorandum. ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

Roderico Germigildiz hic testis.—Gundissalbo Gudistioz hic testis.—Romano Monnioz hic testis.—Veremudo Munnioz hic testis.—Nunnnu (*sic*) Nuniz hic testis.—Abduz hic testis.—Comeso testis.—Tuderico testis.—Eliz testis.

—*Bec.* fol. 63, col. 4; Berganza, II, 404; Muñoz, *Colección de Fueros municipales y Cartas pueblas...* t. I, p. 33.

CCXXX

1 de Junio 1042.

DE SANCTA MARIA DE REZMONTE

In Dei nomine.—Ego frater Mostulio, promta mente et spontanea voluntate, dono atque concedo in atrio Sancte Marię uno agro meo proprio pernominato in *valles de Roforcós*; de una pars, Nava de Sancta Maria; de alia pars, valle de Tagarroza: ipso agro dono ab omni integritate et in vita mea et post obitum meum, quantum potui vel potuero ganare, mobilia et immobilia, sit omnia tradita Sancte Marię atrio et tibi Recimondo abbati meo, et nullus sit ausus per ipso agro tibi inquietare in aliquo.

Et si aliquis ex propinquis vel extraneis per istius agro voce levaverit contrarietatis, qualiter sit a Deo maledictus et sanctis angelis; et insuper post obitum meum non sit ausus nullus vobiscum contendere pro mei parvi munus: et si quispiam venerit pro istius

rei iudicium compulsandum, ipso agro a parte Sancte Marie conferat dupplato; et ad imperatoris terre reddat LX. solidos argenti in cauto.

Facta cartula traditionis seu parvi oblationis notum die Kalendas Junias, Era TLXXX.^a, rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego frater Mostugio, qui me ypso in Sancte Marie pepigi et agro supernominato tibi abbati Recimondo tradidi, scedula ista legente audivi; et manu propria rovorabi. ✠.

Mikael Munnioz rb. cf.—Fanne Nunniz rb. cf.—Fortes rb. cf.—Gomez Armentariz rb. cf.—Dominico Garcia rb. cf.—

—*Bec.* fol. 65, col. 2; Berganza; II, 423.

CCXXXI

1 de Noviembre 1084.

DE REZMONDO

In Dei nomine et Christi clementia.—Hec est series testamenti quem facere malui ego Sarracino Munnioz et uxor mea Eilo, una pariter cum filiabus nostris; placuit atque convenit, nullus cogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit volumptas, ut pro remedio animarum nostrarum concedimus in atrium Sancte Marię de Recimondo et tibi patri nostro Monnio abbati vel omnibus ibidem servientibus, id est, damus una propria nostra terra, et est iusta Sancti Cipriani, de alia pars Ariolfo presbiter et terras de Sancta Maria; et similiter damus una vinea, ipsa vinea est iusta Sancti Cipriani, et de alia pars, vinea de Gundissalbo Sarraçiniz, et de alia pars vinea de Momadonna; sic damus illa terra et illa vinea in futuro, tam in vita quam et post obitum meum, ita ut ante Deum accipiamus inde mercimonium et in futuro cum sanctis omnibus mereamur adunari consortium, amen.

Si vero, quod absit, an nobis aut filiis aut neptis vel propinquis seu extraneis, per huius nostre parvi oblationis quis contemptor extiterit, aut venire conaverit contrarietatis, quisquis hoc egerit, veniat super eum sicut evenit super Datan et Abiron, et sit particeps Juda Domini traditoris, amen; et insuper pariet ad regula

sancte Marię ipsa terra et ipsa vinea in dupplis; et ad regiam partem exsolbat C. solidos argenti in cautis.

Facta carta traditionis notum die ipsas Kalendas Novembris, Era TCXXII.^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Sarracino Monnioz, una cum uxor mea et filiis meis, qui hæc scriptio fieri iussimus, legente cognovimus, manus impressimus ✠ ✠.

Albaro testis. rb.—Fanne Albariz testis rb.—Fortes Falconiz testis rb.—Gundissalbo testis rb.—Beila testis rb.—

—Bec. fol. 65, col. 3.

CCXXXII

13 de Junio 1042.

DE REZMONDO

In Christi nomine et individue Trinitatis.—Ego Mikael Fortes, bono animo et libenti voluntate, trado me ipso in domo Sancte Marie Virginis et tibi Recimondo abbate; et inde trado propia mea facultate quantumqumque dedit Dominus voluntate: trado in primis una vinea et una terra ut sit prestabilior Sancta Maria, sic post obitum meum quam et in vita mea: et est ypsa terra iusta karrera de regi, et de alia pars, terra de Manne Zitez; et ipsa est in valle Cavato, et de alia pars, vinea de Falcon, et de alia parte, vinea de Sarraçino Monnioz: trado illas ab omni integritate, sic in vita quam et post meum obitum.

Si vero aliquis propinquis vel extraneis per huius meum factum voluerit esse iudicium compulsantis, qualiter sit consors Juda Domini traditoris; et ipsa terra et ypsa vinea reddat in dupplis; et ad regiam partem exsolbat LX. solidos.

Facta carta notum die Idus Junias, Era TLXXX^a, rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Mikael Fortes, qui huius fieri iussi paginola, in faciem plurimis viris sygnum feci + coram testes.

(1.^a Col.)—Johannes hic.—Petro hic.—Beila Monnioz hic.—Sarracino Monnioz hic.—(2.^a Col.)—Manne rb.—Fortes Falconiz rb.—Falconi rb.

—Bec. fol. 65, col. 3.

CCXXXIII

15 de Marzo 1044.

DE REZMONDO

In nomine Sancte Trinitatis.—Ego Ariolfo monaco trado meypsum in domo Sancte Marie et tibi patri meo Reçimondo abbati; trado in primis corpus et anima; deinde ex facultate pauperrima quantum Dominus dedit licentia; dono una terra qui est iusta Sancti Cipriani; de una pars, terra de Sarracino Monnioz, de alia pars, via de rivulo de Frexinos, et de alia pars, terras de Sancti Cipriani; concedo ypsa terra ad atrio Sancte Marię ab omni integritate, sic in vita quam et post mea morte.

Et si aliquis propinquis vel extraneis per huius mei factum voluerit esse contemtor, qualiter sit a fide catholica separatus, amen, et reddat ipso agro dupplatum, et ad regiam partem conferat C. solidos argenti in cautis.

Facta carta notum die Idus Marcias, Era TLXXXIIª, rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Ariolfo presbiter, qui hanc cartula fieri iussi, et relegendo audiui, et rovoravi ☒.

(1.^a Col.)—Fanne hic.—Fortes hic.—Reçimondo hic.—(2.^a Col.) Sarracino testis.—Munnio testis.—Dominico testis.

—*Bec.* fol. 66, col. 1; Berganza, II, 424.

CCXXXIV

27 de Octubre 1045.

DE REZMONDO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentia.—Ego Suero, Prompta mente et spontanea volumptate, concedo in atrio Sancte Marię et tibi Reçimondo abbate una beika ab omni integritate; et est ypsa veika locum nominatum ad illa fonte de Jubit, de una pars, serna de Santa Maria, et de alia pars, de Obeco Meriz, et de alia pars, ipsoque Obeco su molino, et libenti animo offero in atrio

Sancte Marię ipsa beika, ut tantorum meorum merear deleri facinora, atque cum celicolis perfruatur esse in gloria.

Et si aliquis ex propinquis vel extraneis seu qualivet regia potestatis, per hunc meum datum ausus fuerit venire contrarietatis, aut quemlivet vocem levaverit in altis, qualiter sit ipse maledictus in primis et sit particeps Juda Domini traditoris, amen; et insuper ipsa veika reddat dupplata, et ad imperatoris terre conferat C. solidos argenti, et istius meum datum firmis permaneat et stabilis.

Facta carta traditionis die notum VI. Kalendas Nobembris, era TLXXXIII.^a, rex Fredinandus in Legione et in Castella.

Ego Suero, qui huius obtuli parva manuscula atque fieri iussi paginola, feci sygnum manu propria +, atque et consanguinei vel propinqui mei, quorum quarumque ex ore meo audierunt, similiter roboraverunt.

(1.^a Col.)—Sarracino Monnioz hic.—Beila Mefepiz hic.—(2.^a Col.) Obeco Meriz hic rb.—Didaco hic rb.—Sarracino hic rb.

—Bec. fol. 66, col. 2.

CCXXXV

1 de Mayo 968.

DE REZMONDO

In Dei nomine.—Ego Mer Albeto trado me ipso in domo Sancte Marię, et tibi Reçimondo abba dono una terra que est ad Olmetillo; de una pars, terra de meo germano Lala, et de alia pars, domno Fortes: et una vinea que est ad illo pennoco de balle-Cavato concedimus ab omni integritate.

Et si aliquis venerit super hunc datum meum contemtor aut iudicium compulsaverit, qualiter reddat ipsa hereditate dupplata; et ad dominus terre pariet C. solidos in cautis.

Facta carta notum die ipsas Calendas Maias, Era TVI, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Mer Albeto, qui hanc cartula feci et legente audivi, manu mea sygnum inpressi +.

—Bec. fol. 66, col. 3.

CCXXXVI

Año 968.

DE REZMONDO

In Dei nomine.—Ego Belliti Monnioz et uxor mea domna Eilodamus tibi Reçimondo et ad ecclesie Sancte Marię, id est, una vinea in Otero de Pero pro remedio animarum nostrarum.

Et si aliquis homo venerit contemtor, qualiter pariet ipsa vinea in duplis et ad dominus terre L. solidos.

In Era TVI.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Belliti ex uxor mea in hanc carta signos fecimus ✕ ✕ coram testes.

Et omnis homo de Castrello hic roboraverunt.

—Bec. fol. 66, col. 3.

CCXXXVII

Año 969.

DE REZMONDO

In Dei nomine.—Ego Feles Gutterriz et uxor mea domna Eloira trademus nos pro remedio animarum nostrarum ad ecclesie Sancte Marię; deinde donamus ibi nostro proprio monasterium, qui est in Sarzosa, locum nominatum Sancte Columbe, et est in rivulo de Pisorga, cum omnibus abiacentis suis, terris, vineis, arborum pomiferis vel lignorum arbusculis, ab omni integritate, cum suis nominatis terminis, id est, de una pars, rivulo; de alia pars, villa cum suas beikas vel pumares ab omni integritate, usque illo rivulo de Kannizare ¹; et ex molinis tribus vicibus illos molinos de sub ripa, abba Galendo tibi concedimus ab omni integritate.

Et si aliquis homo contemtor venerit, qualiter duplet ipso monasterio cum omnia hereditate; et ad dominus terre XXX.^a libras aureas in cautis.

¹ Es decir, *Cañizar de Amaya*; este arroyo desagua en el Pisuerga junto á Zarzosa.

Facta carta in Era TVII.^a, rex Ranimiro in Legione, et comite, Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Et omnes viris de Castrello et de Olmos et de Villanova hic roborant.

—Bec. fol. 66, col. 3.

CCXXXVIII

29 de Octubre 1051.

.....

In Dei nomine.—Ego Fredinandus una pariter cum uxore mea Oria, placuit nobis atque convenit, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo, set prompta mente et spontanea voluntate, tradimus nos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; deinde tibi abbati Sisebuto et fratribus qui in Sancti Petri sunt, damus duas vineas in *Villa-Sendino*¹, quas pectavit nobis Meme Ligonteq propter nostrum peculiarem quod dedimus illi et non potuit nobis reddere illum totum. Et ipsas vineas sunt pernominatas in loco qui dicunt illa parte; et ipsa una vinea est ad latus de vinea de Michael Fannez, et de alia parte terra Sancti Juliani; et alia vinea est ad latus de vinea de Munio Sarracineq et de alia parte est via que discurrit ubique. Et damus eas vobis fratribus Sancti Petri et Sisebuto abbati; abeatis, teneatis, vindicetis usque in perpetuum.

Si aliquis homo ad dirumpendum venerit hoc nostrum factum, quomodo ipsas vineas reddat dupplatas vel melioratas in tali simili loco; et in cauto a parte regis reddat auri libras III.

Facta carta donationis huius notum die IIII. Kalendas Nobembris, Era TLXXXVIII, regnante Fredinandus rex in Legione et in Castella.

Ego Fredinandus et uxor mea Oria, qui hanc cartulam fecimus et relegendo audivimus, et signum inpressimus †, et rovoravimus cum istis testibus.

Elias abba rb.—Pelagius rb.—Ranimirus rb.—Ligonti testis.—Flaino testis.—Omni concilio de Villa-Sendino roborat.

—Bec. fol. 66, col. 4.

¹ *Villasandino*, pueblo del partido judicial de Castrojeriz, cf. *Fuentes...* II, p. 17, etc.

CCXXXIX

1 de Febrero 968.

DE REZMONDO

In Dei nomine.—Ego Galindo abba trado me, in primis corpus et anima in atrio Sancte Marię; deinde omnia propria mea hereditate et meo monasterium pernominatum Sancti Mikael, in loco pernominato *Castro-Tamara*, et ipso monasterio fuit de parentum meorum Sisebuto et Sarra, cum terris et vineis, ortis, pumiferis, molinis, defensas, pratis, pascuis, padulibus, in montes et in fontes, cum exitus et regressus, sic concedo ab omni integritate.

Et si aliquis homo venerit contemptor super hoc datum meum, qualiter in dupplis reddat ipso monasterio cum sua hereditate; et a parte regiam conferat XX. libras aureas in cautis.

Facta carta die notum Kalendas Februarias, in Era TVI.^a, rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Galindo, qui hanc donationem fieri iussi, manu mea sygnum inpressi +.

Et omnes viris de Castro-Tamara hic sunt testimonias.

Hec sunt numerata illa hereditate de Castro-Tamara de Sancti Micael. Id est, una terra ad fonte de Gotredo; una serna ad illa fonte de Quintanella; et una serna ad illo quadro; et una terra iusta vinea de Mer Albeto; et una serna ad illo arroio de Berco; et una terra ad fonte de Feles Lacrima; et una ferragine ad illas eras de Sancta Eugenia; una vinea ad Fontanares, et alia vinea tras Castello; et illas vineas de Mer Albeto; et una vinea que fuit maio longo; et una vinea iusta via que vadit ad Monteron; et una faza tras Castello que fuit de Gimara Mehepez cum ipso orto que est iusta ecclesia de palatio et uno solare quibus devet redere proprio; et alio solare subtus casas de Todredi Scapiz cum suo orto.

Hec sunt hereditates de *Villa-Isidori*¹, id est, una vinea, que fuit de mea uma, iusta illa via, de alia pars, fonte de Geza; et alia vinea, que est in pago de *Villa-vimara*, iusta vinea de domno

¹ *Villasidro*, pueblo del partido judicial de Castrojeriz, hacia el S. E. de Rezmondo.

Galindo, meo coiermano, et de alia pars Campo plano; et alia vinea in vineas de Albaro, que dicunt vinea de libro.

—*Bec.* fol. 67, col 1.

CCXL

8 de Abril 968.

DE SANCTI MARTINE DE AQUILARE

Domno atque glorioso invictissimo triumphatori et post Deum nobis venerando, fortissimo patrono nostro, Sancto Martino episcopo, cuius baselica sita est in honore monasterii suburbio Aquilarense.

Ego Fredinando Gundissalbiz, exigus atque humilimus, licet inmeriti acsy indigni, quoniam molle peccatorum depressi in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus (*sic*) nos usquequaque despiratione deicimus, que etiam testem consentiam reatus mei criminis sepe espavescio; ut ego per te, sancte confessor, reconciliari merear ad Domino tuum adque sanctorum omnium fida supplicatione omnibus votis inploro. Et ideo devotione me extitit ut confirmare vel contestare proprio voto conferre devere, quia evangelista dicit: «non veni legem et propheta solbere set adimplere». Ego supradictus Fredinando Gundissalbiz, Kastellensis et Asturiensis comite, concedo et confirmo atque contesto hunc locum sepe dictum De (*sic*) omnipotenti et omnium sanctorum seu ad abbate accius Revelio vel etiam ad fratres, qui ibidem docuerint vitam sanctam, secundum est conceptum et edificatum monasterium quod edificavit Osorio Ermigildiz una pariter cum uxor sua Goto vel filiis suis Petrus et Fredinandus et Ermegildus et Didacus et Iusta et Teresa et Momadonna; concedo et contesto ego Fredinando Gundissalbiz ad ipsa ecclesia Sancti Martini, que Osorio Ermegildiz et alios iam dictos tradiderunt, sicut illi tradiderunt, et ego confirmo, id est, terras et vineas et oros (*sic*), pumares, molinis, pratos, padules, pascuis, defesas, una in foio levanieco et alia in *Valle Bereçoso*¹,

¹ *Valberçoso*, lugar que en lo antiguo perteneció á la abadía de Premonstratenses de Aguilar, y se halla comprendido en el partido judicial de Cervera de Río Pisuerga. Está situado cerca de Brañosera en cuyos famosos fueros es mencionado.

et medietate in Poço de Salinas in Aquilare, liberos decanias; et in *Carrieto* ² ecclesia Sancti Ihoannis cum omnia hereditatem suam, terras, et ortos et pumiferas, cum introitus et regressus; et alia ecclesia in villa de *Flagino-Karrario* ³, id est, Sancti Juliani cum omnia hereditatem suam, terras et vineas et molinos, cum omnia adiacentiam suam.—Hec omnia, quicquid in eodem loco auxiliante divina clementiam ab integro introitum vel exitum et productilibus aquarum et cunctum atque superius resonat, firmiter permaneat. Neminem quidem precipio in vita mea vel post obitum meum vel prepositos in cenobio fuerit, nicil quidem laycale vel aliis locis, nicil exinde auferat, set et quietus persistat in capite suo absque aliquid dominatione.

Si quis tamen hunc meum factum vel meam confirmationem, quod feci vel facere volui, an ego aut filii mei vel nepti, regia aut comite, vel populus universis aut aliqua subrogata persona, inrumperere voluerit, iin primis descendat indignatio mortys aut nec infirmum visitentur, nec mortum sepeliant illi, nec in finem misericordia consequatur, set cum Juda traditore pariter asidus permaneat in eternam damnationem; pariet a parte imperatoris terre XXX. libras aureas in cautis; et ipso monasterio cum omnia bona sua reddat in dupplis et cum decaniis suis; et scriptura ysta plenam abeat firmitatem.

Facta scriptura ista testamenti vel confirmationem die notum VII. Idus Aprilis, sub Era TVI^a, regnantem infantem Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Fredinando Gundissalbiz comite, qui hanc scriptura ista fieri volui et relegendo audiui, manu mea roboravi.

Belasius episcopus cf. rb.—Nunu presbiter cf. rb.—Belasco presbiter cf. rb.—Munnio Danlucio cf. rb.—Didaco Scemenoz cf. rb.—Todiselo cf. rb.—Scemenno Mauro cf. rb.—Feles Didaz cf. rb.—Sanlus cf. rb.—Petro Sanleç.—Romano cf. rb.

—*Bec.*, fol. 67, col. 2; Berganza, II, 403 Sota, *Principes...* p.637.

² *Carriedo*, valle de la Provincia de Santander, regado por el Pisuerga; *Santibañez*, uno de sus pueblos, corresponde á la iglesia aquí mencionada.—³ *Villalain*, pueblo del antiguo alfoz de Aguilar de Campóo.

CCXLXI

1 de Junio 1079.

DE SANCTI MARTINI DE AGUILARE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentię, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Ego denique Maria, dum divinitatis ordo in me ruminando trutinare que et quanta sunt que a Domino promittuntur in celis, vilesunt animo omnia que abentur in terris. Proinde vero illuminata a Sancto Spiritu, nec non et repentina morte timendo et gloriam vite eterne inquirendo, cogitavit ut tradere me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna, patre nostro Sisebutum abbatem ibidem regentem cum cohors alma. In primis trado anima et corpus proprium; deinde dono atque concedo in *Aguilare* medietatem de illo monasterio de Sancti Martini pernominato, cum terris et vineis, ortis, molinis, pumiferos, in piscarias, pratis, pascuis, padulibus et defesas de ligna, in exitus et regressus, et cum decaniis suis. Et trado alio monasterio in *Aguilare*, *Sancta Juliana*, cum omnibus adiacentis suis que ad illam pertinet ab omni integritate. Et in illa *Noze* ¹, in alfoze de Castroseriz, in illo monasterio, mea portione ab omni integritate. Et in *Karrieto*, ecclesię Sancti Jhoannis, mea portione ab omni integritate. Et in *Valle Berezoso* mea divisa propria cum uno solare populato ab omni integritate; et in ipso pozo salso de *Aguilare* mea portione octo diebus in anno; ut de odie die vel tempore de meo iure sit exito et in vestra potestate de tibi patri meo Sisebuto abba sit confirmatum; abeatis et possideatis usque in perpetuum, amen.

Si quis tamen aliquis homo, quod absit, an ego Maria aut filios aut filias vel germanis, subrinis aut qualivet homo, contemptor venerit contra hoc meum datum, in primis sit maledictus á Deo et

¹ Berganza supone es *La Nuez*, á orillas del río Urbel, pero nunca el alfoz de Castrojeriz se extendió á dicha región; algo más probable parece corresponda al despoblado *La Nuez*, en el antiguo camino real de Burgos á Castrojeriz, entre Hontanas y Hornillos, y por consiguiente bastante cerca de Castrojeriz.

a sanctis angelis eius; et sit anathematus et a fide catholica separatus; et cum Juda traditore abeat portionem in inferno inferiori; et ipso monasterio cum suas decanias et cum omnia sua hereditate dupplato vel meliorato in simili tali loco; et a parte regis terre conferat centum libras ex pnrissimo auro.

Facta carta notum diem Kalendas Junias, in Era TCXVII, regnante rex Adefonsus in Legione et in Castella.

Ego denique Maria, qui hanc carta donationis fieri iussi et relegendo audivi, manum propiam sygnum impressi, et testibus dedi ad roborandum: MARIA.

Symeoni, gratia Dei episcopo, hic.—Munnioni episcopo hic.—Obeco abba hic.—Armentario abba hic.—Pelagio abba hic.—Munnioni comite hic rb.—Gundissalbo comite hic rb.—Didaco Gundissalbiz hic rb.—Ecta domno Martino hic rb.—Gundissalbo Albariz hic rb.—Albaro Gundissalbiz hic rb.—Rodrico Didaz hic. rb.

—Bec. fol. 67, col. 4; Berganza, II, 443.

CCXLII

12 de Abril 1044.

DE SANCTA MARIA DE PELAGIO

In Dei nomine et eius gratia, Pater et Filius et Spiritus, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Ego denique Yslavara, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo set spontanea michi accessit volumptas, ut traderem me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et ad ecclesiam Sancte Marię Virginis; in primis corpus et anima, deinde pro anima de meo viro Nunu Feles, et pro anima de meo filio Pelagio Nuniz sictrado atque concedo illa divisa que abeo in *Sancta Maria de Pelagio*¹ cum omnibus aderentis suis, que illam pertinet, cum exitus et regressus, in montes et in fontes, in pascuis et in padulibus, in pratis, in defesas, molinis et in productilibus aquarum, cum omni integritate que ad illam pertinet; et serviat tibi patri nostro

¹ Pueblo desaparecido: el *Libro Becerro* le llama *Santa Maria Pelaya*; desconocemos su situación.

Reçmondo abbati et omnibus successoribus tuis, qui post te fuerint. Abeatis et possideatis illam usque in perpetuum.

Si quis tamen aliquis homo aut de sanguinibus meis vel extraneis venerit ad dirumpendum hoc meum datum, qualiter sit extraneus et a fide catholica separatus; et ad sanguine Christ descomunicatus, amen.

Facta carta notum die II. Idus Aprilis, Era TLXXXII, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Et qui contemtor venerit, qualiter reddat ipsa divisa vel meliorata, et a parte regis terre conferat V. libras aureas in cautis.

Ego Islavara qui hanc cartula feci et legendo audiui, sygnum inpressi ☩.

Munnio hic testis.—Mikael fortes hic testis.—Fortes Albaroz hic testis.—Lepzan hic testis.—Zite hic testis.

—*Bec.* fol. 68, col. 2.

CCXLIII

11 de Abril 1080.

DE SESAMONE

In Dei nomine et eius gratia.—Ego denique Garsea et ego Annaia Suero, nullus cogentis inperio nec suadentis articulo set propria accessit nobis voluntas, ut traderemus nos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, et tibi patri nostro Sisebuto abba et omnibus fratribus tecum habitantibus. In primis tradimus animas simul et corpora; deinde donamus singulas terras et singulas vineas in villa que vocitant *Sesamoni*, ¹ illa terra de Garsea, de una pars terra de Didaco, et de alia pars via castellana ²....., de una pars vinea de Suero et de alia pars vinea de domna Goto. Et ego Annaya Suerit..... in loco qui dicitur denante, de una pars terra de Domno, de alia pars via que discurrit ubique..... de una pars vinea de Gundissalbo Martyniz et de alia pars vinea de Vitaduenno. Abeatis, teneatis et possideatis usque in finem seculi.

¹ *Sasamón*, villa del partido judicial de Villadiego; antigua ciudad romana y episcopal.— ² Este y otros dos pasos han sido raídos en el Becerro.

Si quis tamen, an nobis aut filiis aut neptis vel aliquis homo de subrogata persona venerit ad dirumpendum hunc nostrum datum, veniat super illum ira Dei Patris omnipotentis et sanctis angelis eius, amen; et ipsa hereditate pariet dupplata vel meliorata; et a parte regiam inferat C. solidos argenti.

Facta cartula donationis notum die III. Idus Aprilis, Era TCXVIII, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Garsea et Annaya, qui hanc cartula fieri iussimus, manus nostras syngulos sygnos expressimus ++, et testibus tradimus ad rovorandum.

Gundissalbo Albariz hic testis.—Albaro Gundissalbiz hic testis.—Vincenti hic testis.—Suero hic testis.—Jhoannes hic testis.—Bellite hic testis.

—*Bec.* fol 68, col. 3 —Con esta misma fecha trae Berganza (II, 445) una escritura de hermandad y donación de varios bienes rústicos, varios de ellos sitios en Sasamón, otorgada por los mismos personajes que esta al abad San Sisebuto.

CCXLIV

8 de Febrero 1057.

DE VILLA-SENDINO

In nomine (*sic*).—Ego Fredinando Anageliz, una pariter cum uxor mea domna Oria, placuit nobis adque convenit, ut nullus cogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit voluntas, ut pro remedio animarum nostrarum, ut evadamus portas inferni, tradimus nos metipsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, tibi patri nostro Sisebuto abba regente katerba; deinde de omne facultatule nostre, quem habere potuerimus, cum voluntate domini nostri regis Fredinandi damus pro anima sua et pro nostra in *Villa-Sendino* divisa que fuit de Beila Alvarez et de suos garmanos cum terris, vineis, ortys, pumares, molinis, cum exitus et regressus, ab omni integritate, quantum potueritis invenire ibi de nostro, ut post odie die vel tempore de nostro iure sit abrasa et ad tibi patri nostro Sisebuto abba sint confirmati; abeat firmiter, plenam abeat usque in seculum, amen.

Si quis sane ex sub presentibus nostris filiis aut aliquis homo de subrogata persona vobis inquietare voluerit, sit a Demino maledictus et a sanctis angelis eius; et cun Juda traditore participium abeat in inferno inferiori; et hec quam diximus reddat dupplatum vel melioratum; et a parte regis X. libras aureas inferat in cautis; et hec scriptis firmitatem abeat plenam.

Facta carta traditionis notum die VI. Idus Februarias, Era TLXXXXV.^a, regnante Fredinandus rex in Legione et in Castella.

Ego Fredinandus et uxor mea Oria, qui hanc cartula fieri iussimus, manus nostras sygnos fecimus, et testibus tradimus ad roborandum.

Symeoni, gratia Dei episcopus, rb. testis.—Bernaldus, episcopus, rb. testis.—Nunno Albaroz rb. testis.—Didaco Aibaroz rb. testis.—Didaco Gundissalbiz rb. testis.—Sarracino Fanniz rb. testis.—Munio Fanniz rb. testiis.—Fanni Fanniz rb. testis.—Assur Assuriz rb. testis.—Ennecus abba rb. testis.—Garsea abba rb. testis.—Dominicus abba rb. testis.

—Bec. fol. 68, col. 4.

CCLXV

29 de Octubre 1051.

DE VILLA-SENDINO

In Dei nomine.—Ego Ihoannes Zitiz et Vita Ziteç et Monnia, placuit nobis atque convenit, nullus quogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accesit voluntas, vendimus hereditate que abuimus in *Villa-Sendino*, V. vineas et V. terras et uno lakare et in illo molino de Abarca Ensutta IIII. oras; et accepimus ego Ihoannes Ziteç et Vita Zitez et Monnia de tibi Fredinando et coniuge tua Auria in precio CCC. solidos argenti; ut de odie vel tempore ipsa hereditate de iuri nostro sit exita et in vestro dominio sit confirmato; abeatis, teneatis, vindicetis usque in perpetuum.

Et si aliquis homo ad inrumpendum venerit, comodo pariet ipsa hereditate dupplata vel triplata in simili tali loco; et in cauto a parte rex auri libras V.^c

Facta cartula venditionis vel conparationis die notum IIII. Kalendaras Nobembris, Era TLXXXVIII^a, regnante Fredinandus rex in Legione et in Castella.

Ego Ihoannes Zitiz et Vita Zitiz et Monnia, qui hanc cartula fecimus et relegendo audivimus, manus proprias synos impressimus et rovoramus: JHOANNES.

Elias abba rb. testis.—Pelagio rb. testis.—Ranimirus rb. testis.—Ligonti rb. testis.—Flagino rb.—Et omni concilio de Villa—Sendino qui audierunt, hic roborant.

—*Bec.*, fol. 69, col. 1.

CCXLVI

1 de Mayo 1082.

DE OLMOS

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentie, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, qui omnia cuncta que creavit, visibilia et invisibilia, ex nicilo supplevit, unus et admirabilis extans inseparabili Trinitati, cuius que regnum et imperium sine fine permanet in secula, amen.

Ego denique Didacus pro remedium anime meę et pro remedio parentum meorum dono atque concedo in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Cara maximeque digna, tibi patri meo Sabastianus abba, in primis trado corpus simulque et anima; deinde in rigo de Pisorga, in villa predicta *Olmos*¹, meum monasterium proprium quem abeo de meos abos ab omni integritate, cum terris et vineis, ortis, pumiferis, molinis, pratis, pascuis, padulibus et cum mea divisa, quem emi de Petro Nuniz in viginti solidos, quantum inter nos bene conplacuit, et cum solares populos sive pro populare, in montes et in fontes, cum exitus et regressus, ut de odie die vel tempore de meo iuro sit abraso ipso monasterio; et ipsa ecclesia Sancte Marię, qui est situs in media villa et cum omnia sua iam de super dicta in vestra potestate sit confirmata; et qui cum dederit aut dedit in ipso monasterio terras aut vineas aut aliqua causa, talem mercedem accipiat sicut et ego qui omnia dedi.

Si quis aliquis homo, an ego Didacus presbiter, germanis aut subrinis, propinquis vel extraneis, aut aliquilibet homo aut aliqua

¹ Berganza, (I, 381) opina es *Olmos de la Picaña*, cerca de Villadiego; pero como el texto afirma, necesariamente debe entenderse *Olmos de Río Pisuerga*.

subrogata persona voce levaverit contra meum datum, et voluerit disrumpere illud, in primis sit maledictus a Deo et a sanctis angelis eius; et cum Juda Domini traditore penas lugeat in eterna damnatione; et a parte regis reddat in cauto X. libras aureas; et illo monasterio cum omnia sua dupplata vel meliorata in tali simili loco.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Maias, Era TCXX^a, regnante rex Adefonsus in Legione et in Castella.

Ego Didacus presbiter, qui hanc scripturam fieri iussi, manu propria sygnum feci ☩ et testibus tradidi ad rovorandum.

Garsea Ordoniz comite hic rb.—Roderico frater eius hic rb.—Munnio Fernandez hic rb.—Ruderico Munnioz hic rb.—Fredinando Munnioz hic rb.—Nunno hic rb.—Et barones de Olmos qui audierunt, hic roborant.

—*Bec.* fol. 69, col. 2; Perganza, II, 446.

CCXLVII

1 de Enero 1082.

DE OLMOS

In Dei nomine et eius gratia, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Ego denique Vermudo, dum divinitatis hordo in me ruminandum trutinare que et quanta sunt que a Domino promittuntur in celis, vilescent animo que abentur in terris; proinde vero inluminat (*sic*) a Sancto Spiritu, nec non et repentina morte a parte ecclesia vite eterne inquirendo, trado me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Caradigna tibi, patri meo Sebastianus abba, in primis corpus proprium simulque et anima; deinde in rigo de Pisorga, in villa predicta *Nabeiros* ¹, meas casas cum terris et vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis et cum mea divisa quem emi cum tres solares in XL.^a solidos de Vermudo Flaginiz et sua mulier domna Maior, et Dominico Garciez et sua mulier Sol, et de Didaco Gundissalbiz, cum exitus et regressus, in montes et in

¹ *Naveros de Río Pisuerga*, cuyos límites confinan por el N. con los de Olmos de Río Pisuerga y Valterra, nombrada poco después en esta Escritura.

fontes, ab omni integritate; et in *Valterra* uno solare cum sua ferragine et mea divisa quem comparavi de domna Fronildi, et de sua germana domna Teresa, et de sua filia domna Ofrisía, et cum sua era, cum terris et vineis, ortys, molinis, pratis, pascuis, exitus et regressus, in montes et in fontes, ab omni integritate; quanto potueritis invenire de meo inquire illum.

Si quis aliquis homo, an ego Vermudo presbiter, germanis aut subrinis, propinquis aut extraneis, aut qualivet homo venerit ad inrumpendum hoc meum datum, quomodo in primis sit maledictus et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat participium in inferno inferiori, amen; et ipsas divisas et ipsos solares dupplatos vel tripplatos; et a parte regis terre conferat X. libras ex purissimo auro in cautis.

Facta carta die notum ipsas Kalendas Januarias, sub Era TCXX.^a, regnante rex Adefonsus in Legione et in tota Spania.

Ego Vermudo presbiter, qui hanc cartula fieri iussi, manu propria sygnum inpressi coram testes ✠.

Comite Garsea Ordoniz cf.—Roderico Munnioz cf.—Roderico Fredinandiz cf.—Et barones de Nabeiros hic roborant cf.—Vakina hic.—Et omni concilio de *Valterra* hic roborant.

—Bec. fol. 69, col. 4; Berganza, II, 446.

CCXLVIII

27 de Mayo 1072.

DE SANCTA MARIA DE OLMOS

In nomine Sancte et individue Trinitatis potentia.—Domnis sanctis invictissimis hac triumphatoribus martirum gloriosissimorum, nobisque post Deum fortissimum patronum, in primis beatissime Genetricis Dei Marię et Sancti Martyni episcopi et sancti Andre Apostoli, necnon et aliorum sanctorum, quorum honore vaselica fundata est in villa vocitata *Olmos*, iusta ripam fluminis *Pisorga*.

Nobis quoque licet primordia bonorum operum, que inspirante Deo in mente gignitur, iustitie operibus deputetur; tamen et que maiori cumulo et portiori crescunt, ampliori remuneratione expectatur in premio. Digne igitur iam suo spei vota in domo cęlica

mansionum multarum conlocata, qui domus ecclesie restaurat vel in melius construere provocat. Nos igitur, propria nomina vocati Ordonio Ordoniz et uxor mea Anderkina, et Fredinando Rodriz et uxor mea Argelo, et Alvaro Salbatoriz et uxor mea Juliana, et Garcia Ordoniz sive et Petro Mikaeliz et uxor mea Tarasia, et Munnio Fernandiz et uxor mea Tarasia, seu Guttier Fanniz et uxor mea Appalla, et Roderico Fanniz, nam et Belasco Nunniz et uxor mea Tegridia, et Petro Nuniz et uxor mea Gilbira, Guttier Assuriz et uxor mea Fronilde, atque Vermudo Guttierrez et uxor mea Gotina, Dominico Garciaz et uxor mea Fronilde, et Salbator Feles, et Nuno Rodrid et uxor mea Petria, et Maria Nuniz, et Giero Pelagiz et uxor mea Eldoara, et Gotina Nuniz, et Adefonso Didaz, et Ruderico Gundissalbiz, et Munnio Scemeniz, et Rodrico Albariz, et Vermudo Flaginiz et uxor mea Ermia, et Froila Guttierrez et uxor mea Sancia, atque Belasco Keiaz et uxor mea Tegridia, et Maria Sonnaz, et Petro Gundissalbiz, et Beila Gundissalbiz, damus atque confirmamus tibi Didacus presbiter vel abbas nostra ecclesia propria que est sita in proxima nostra villa, nomen ipsius ecclesia Sancte Marie, sicut supra est taxata, cum omnibus abiacentis suis seu ad eam pertinentis, tam in terris et vineis, introitus atque regressus seu vero omnium que thesauro ecclesiasticis; et facimus tibi tale practu testationis ut servias tu sedente in ypso monasterio quibus tibi melius fuerit volumptatis, tam regis quam comitis aut pontificis seu ecclesie monasticis, et abeas tale benefectria et tale foro atque introitus et regressis, sicut unum ex nobis desuper nominatis.

Si vero, quod absit, filiis, neptis, propinquis seu extraneis vel etiam aliquis, ausus fuerit benire in contrarietatis super his nostris factis, nam et per hoc voce levaverit in altis, quisquis ipse sit, maledictus permaneat a Deo et a sanctis angelis, et vivens in corpore lumen careat amborum oculis, medellam vero ossuum eius devorentur vermis ipse viventis, et segregatus permaneat a cetu religionis, et sit consors Juda Domini traditoris, et lugeat penas in eterna damnationis nunc et semper seculorum seculis, amen; insuper et damna secularia a parte regis conferat VII. libras aureis; et si quispiam temptaverit, reddat in dupplis; et omnium sit firmis et stabilis istius monasterio quecumque est noster dictis et factis.

Facta carta confirmationis vel monasterio Sancte Marie rovationis die notum VI. Kalendas Junias, Era TCX.^a, regnante rex Sancio in Legione et in Castella.

Nobis omnibus iam supra nominati qui istius ecclesie regula tibi Didacus presbiter vel abbas adfirmavimus vel rovoravimus, proprias aures legente audivimus et manus consygnavimus ☒ ☒ ☒ ☒ ☒ ☒ ☒ ☒ ☒, atque testificandum tradimus.

Petrus hic testis.—Dominicus hic testis.—Martinus hic testis.—Jhoannes hic testis.—Monnius hic testis.—Et omni concilio de Olmos hic sunt testimonias.

—*Bec.* fol. 70, col. 1; publicada sólo en parte por Berganza, II, 438.

CCXLIX

27 de Mayo 1072.

DE OLMOS

In nomine Sancte et individue Trinitatis.—Ego Didacus presbiter vono animo, volumptate propria, trado meypsum in domo Sancte Marie; in primis trado corpus simul et anima; deinde ex facultate propria quantum Dominus concessit licentia, id est, dono una terra que fuit de Nunu Didaz et de Gotina cum sua vinea; et una terra, qui est in territorio de Quintana, que est iusta terra de Guttier Guttierrez; et illa vinea qui est iusta Monnio Stefaniz; et illa vinea que fuit de Fruela Fruelaz, que est iusta vinea de Fanne Precipioz; et alia vinea, que est iusta vinea de Denio; et alia vinea que fuit de Gomiz Menezo; et alia terra que fuit de Oriolo Julianez, qui est iusta terra de Todemiro; et alia terra, que est ad Balleliolo iusta termino de Teresa; et alia vinea que fuit de Mero, que est a Salinellas iusta vinea de Mescito; istas terras et istas vineas supernominatas serviunt ad Sancte Marie Virginis vel fratribus et presbiteris ipsius ecclesie comorantis.

Si vero propinquis vel extraneis per huius meum factum voluerit esse contrarietatis, quisquis sit ipse, ira Dei incidat in primis et lumen careat amborum oculis; et sit consors Juda Domini traditoris, lugeat penas et eternalibus flammis nunc et seculorum seculis,

amen; et insuper quod voluerit retemptare a parte sancte ecclesie reddat dupplato seu triplato; et ad regiam partem conferat in cauto V.^o libras ex purissimum aurum.

Facta cartula notum die sabbato VI. Kalendas Junias ¹, sub Era TCX^a, Sancius rex in Legione et in Castella.

Ego Didacus presbiter, qui huius volumine fieri iussi et istius traditione ecclesie Sancte Marie obtuli in faciem plurimis viris, legente cognovi, manu propria sygnum inpressi, et ad roborandum et confirmandum tradidi.

Mescito rb.—Guttier rb.—Fruela rb.—Petro rb.—Et omnis conlio de Olmos, qui audierunt, hic roborant.

—Bec. fol. 70, col. 3.

CCL

1 de Enero 1074.

DE OLMOS

Sub Christi nomine et eius gratia.—Ego Cara una cum filiis meis Falcone et Brabolio, bono animo et volumptate propria, sic tradimus in atrio Sancte Marie et tibi Didacus abba nostra propria vinea qui est in territorio de *Olmos*, loco pernominato in Valle, iusta vinea vel termino de Cisla, et de alia pars, arroyo de agua ductile; ipsa vinea qui infra ipsos terminos resonat cum suos fundus terre ab omni integritate.

Si vero filiis vel neptis, propinquis vel extraneis, voluerit venire in contrarietatis, sit particeps Juda Domini traditoris, amen; insuper et ipsa vinea reddat in dupplis; et ad regiam partem XXX. solidos in cautis.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Januarias, Era TCXII^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Kara una cum filiis meis Falcone et Brabolio, qui hanc cartula fieri iussimus, manus nostras sygnos fecimus + + + coram testes ad rovorandum.

—Bec. fol. 70, col. 4.

¹ En el año de la fecha, caía en Domingo y no Sábado el VI. Kalendas Junias.

CCLI

1 de Febrero 1075.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Froila sic trado una media terra, qui est in termino de *Olmos*, in loco pernominato in Salinillas, iusta terra de rex, et de alia pars, karrera discurrente ad ubique, ipsa medietate de ipsa terra ex integra; alia media terra, qui est iusta flumen de Pisorga, iusta terra de Adolfo, dabo ab omni integritate ad ecclesie Sancte Marie et tibi patri meo Didaco abba pro remedio anime mee; abeatis firmiter per cuncta secula, amen.

Si quis aliquis homo venerit contemptor, qualiter duplet illa terra, et ad dominus terre conferat XXX. solidos in cautis.

Facta carta die notum Kalendas Februarias, Era TXIII, ¹ rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Froila, qui hanc scedula fieri iussi, manu propria sygnum feci, et testibus tradidi ad rovorandum.

Martino hic rb. cf.—Froila rb. cf.—Munnio rb. cf.—Mescito rb. cf.—

—Bec. fol. 71, col. 1.

CCLII

1 de Diciembre 1074.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Nunu presbiter et cum soror mea Lebgoto, sic tradimus pro remedio animarum nostrarum ad ecclesie Sancte Marie, quod est fundata in villa qui dicitur *Olmos*, et tibi patri meo Didaco abba, id est, una terra que fuit de Nuno Didaz, qui est iusta terra de Karelle Armentare; et quarta portione de illa terra, qui est ad Ballelio de Parraro, que fuit de Gotina Petriz, iusta terra de Didaco Amayaz; et illa vinea que fuit de Imblo, qui est iusta vinea de Oriolo. Ego Nunu presbiter et soror mea Lebgoto damus et confirmamus et uno solare cum suas kasas ab omni

¹ Como es fácil de ver, el amanuense olvidó en esta fecha un C.

integritate cum terris et vineis, ortis, pumiferus, molinaris, cum exitus et regressus; abeat firmiter per secula cuncta.

Si quis tamen aliquis homo, qui voce suscitaverit super hunc factum nostrum, qualiter reddat ipsa hereditate in dupplis; et a parte regiam conferat C. solidos in cautis.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Decembris, Era TCXII.^a, rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Nunu presbiter, una cum soror mea, qui hanc donationem fieri iussimus, manus proprie sygnos inpressimus, et testibus tradimus ad roborandum. ✠ ✠ †: NUNU PRESBITER.

Martino hic.—Karelle hic.—Nunno hic.—Didaco testis.—Mescito testis.—

Et omni concilio de Olmos hic roborant.

—Bec. fol. 71, col. 1.

CCLIII

6 de Noviembre 1073.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Sisebuto presbiter sic trado pro remedio anime meę ad ecclesię Sancte Marię Virginis et tibi Patri meo Didaco abba, id est, una terra que fuit de filios de Monnia, qui est iusta terra de Dominico Garçiez; et alia terra que est super illos ortos, iusta terra de Juliano Memez; et illa vinea qui est ad valle de Seniore, iusta vinea de Fanni Precipioz, ab omni integritate.

Si quis aliquis homo ad inrumpendū venerit, sit maledictus a Deo; et ipsa hereditate duplata vel meliorata; et ad dominus terre reddat II. libras aureas in cautis.

Facta carta notum die VIII. Idus Nobembris, Era TCXI.^a, regnante rex Adefonso in regnis suis.

Ego Sisebuto presbiter, qui hanc traditionem fieri iussi, manu proprie roboravi.

Nuno hic.—Mescito hic.—Dominico hic.—Obeco hic.—Et omni concilio de Olmos qui audierunt hic roborant.

—Bec. fol. 71, col. 2.

† Monograma.

CCLIV

1 de Mayo 1073.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Mescito et uxor mea Gontroda sic tradimus ad ecclesie Sancte Marie Virginis et tibi patri nostro Didaco abba, id est, una terra qui est ad fonte de Berroze, iusta terra de filios de Sesoldo; et illa vinea qui est ad Portello, iusta vinea de Stefano Mescito: damus ab omni integritate; abeat, vindicetis usque in seculum, amen.

Si quis tamen, si aliquis homo contemptor venerit super hunc datum nostrum, qualiter dupplet illa hereditate vel triplata, et ad regis terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Maias, in Era TCXI, rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Mescito et uxor mea Gontroda, qui hanc donationem fieri iussimus, manus proprie roboravimus coram testes.

Obeco hic.—Dominico hic.—Oriole testis.—Sesoldo testis.—Et omni concilio de Olmos hic confirmamus.

—*Bec.* fol. 71, col. 3.

CCLV

15 de Mayo 1074.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Obeco presbiter sic trado pro remedio anime mee ad ecclesie Sancte Marie Virginis et tibi patri meo Didaco, id est, illa terra, qui est ad costana de Varrio iusta terra de Oriolo; et media portione de illa vinea qui est in valle de Ziezo, iusta vinea de Ordonio Ordoniz, concedo vobis ab omni integritate.

Et si aliquis homo contemptor venerit super hunc datum nostrum, qualiter ipsa hereditate reddat in dupplis, et ad dominus terre inferat C. solidos in cautis.

Facta carta notum die Idus Maias, Era TCXII^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Obeco, qui hanc cartula fieri iussi, manum mea sygnum feci et roborabi.—Sesoldo rb.—Mescito rb.

Et omni concilio de Olmos hic roborant.

—*Bec.* fol. 71, col. 3.

CCLVI

8 de Mayo 1075.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Mescito et Gontroda pro remedio animarum nostrarum sic tradimus ad ecclesie Marie Virginis et tibi patri nostro Didaco abba donamus una ferragine vel orto, qui est ad Sancti Martyni, iusta limite de Guttier Fanniz, ab omni integritate.

Et si aliquis homo venerit contemtor, qualiter reddat ipsa hereditate in dupplis; et ad dominus terre LX. solidos in cautis.

Facta carta die notum VIII. Idus Maias, Era TCXIII^a, rex Adelfonso in tota Spania.

Ego Mescito et Gontrada, qui hanc cartula fecimus, legendo audivimus, sygnos fecimus ✕ ✕, et tradimus ad roborandum.

Guttier testis.—Fanni testis.

Concilio de Olmos, qui audierunt, hic roborant.

—*Bec.* fol. 71, col. 4.

CCLVII

Años 1072-1075.

DE OLMOS

In Dei nomine.—Ego Juliano clericus per spontanea mea voluntate et pro remedio anime mee sic trado me ad ecclesie Sancte Marie Virginis et tibi patri meo Didaco abba, sic dono et concedo omnia mea hereditate, terras et vineas, orto, molinos, pratis, pascuis, oves et bobes, lietera, vestimenta, mobilem etiam et immobilem, et omnia quanto potueritis invenire ab omni integritate; abeatis, vindicetis usque in perpetuum viviturum.

Et si aliquis homo contemtor venerit super hunc datum nostrum, qualiter reddat ipsa hereditate dupplata vel meliorata; et a parte regiam centum solidos in cautis.

Facta carta die notum.....¹.

—Bec. fol. 71, col. 4.

CCLVIII

20 de Diciembre 1066.

.....

In Dei nomine.—Ego Morellus presbiter, una pariter cum Jhoannes frater et Maria soror, placuit nobis atque convenit, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit volumptas, ut traderemus nosmetipsos in domum sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Sisebuto abba regente manacorum katerba; in primis tradimus corpus et anime proprium; deinde domus nostra corte cum duos corrales et intus ecclesie Sancte Marie Virginis, cum terris et vineis, ortis, pumiferis, molinarias et cum foro in piscarias, pratis, pascuis, padulibus, defensas, montes et in fontes, cum exitus et regressus, ab omni integritate, in villa pernominata que vocitant in *Ormaza maior*¹, in alfoze de Villa-Didaco. Et concedimus tam mobile quam et immobile; abeat, vindicetis iure quieto.

Si quis sane, quod absit, hanc nostra traditione aliquis ausus fuerit violare vel dirumpere aut voce suscitaverit, an nobis aut germanis aut subrinis, propinquis vel extraneis, venerit contemtor, sit maledictus a Deo et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat participium in inferno inferiori, amen; et ipso monasterio dupplato vel meliorato cum omnia sua bona; et ad regiam partem conferat XX. libras ex purissimo auro.

Facta carta traditionis notum die XIII. Kalendas Januarias, Era TCVI.^a, regnante Sancius rex in Castella.

¹ Así acaba el fol. 71; el siguiente comienza con escritura de otro amanuense, dejando incompleta la presente donación: esto nos induce á creer que debe faltar aquí un folio, el cual al hacerse la actual foliación del Becerro en el siglo XVI, había desaparecido ya.—² Corresponde hoy á uno de los tres barrios incluidos en el ayuntamiento de *Las Hormazas*, á pocos kilómetros al N. E. de Villadiego.

Ego Tellus presbiter et Jhoannes frater atque Maria, qui hanc donationem fieri iussimus, manus proprias singulos sygnos inpressimus ✠ ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

Tellus hic.—Nunño hic.—Fructuoso hic.—Adefonsus testis.—Meme hic.—Eldesendo hic.—Didacus hic.—Vincenti testis.—Ziti testis.—Falcon testis.

—*Bec.* fol. 72, col. 1; mencionada en Berganza, I, 370.

CCLIX

1 de Diciembre 1065.

DE ORMAZA

In Dei nomine.—Ego Armentero Belascoz placuit mici atque cōvenit, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo, set propriam mici accessit voluntas et grato animo et spontanea volumpate, ut venderem tibi abbate domno Sisebuto una cum fratribus tuis, qui sunt in domo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, divisa in *Ormaza maior*, in alfoze de Villa Didaco: ipsa divisa, qui fuit de Assur Fredinandiz, sine inquietudine mala vendo eam tibi; et ego Armentero accepi de tibi abba Sisebuto et de tuos fratres precium quantum mici bene placuit, id est, XXIII. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debito pro dare; ut de odie die vel tempore ipsa divisa de meo iure sit abrasa et de tibi Sisebuto abba vel de fratribus tuis in vestro dominio sit confirmata usque in seculum vivitūrum.

Si quis aliquis homo ex mea progenie vel ex subrogata persona voce voluerit suscitare, quomodo pariet ipsa divisa dupplata vel meliorata; et a parte regis pariet V. libras aureas.

Facta carta venditionis vel conparationis die notum ipsas Kalendas Decembris, Era TCIII.^a, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Armentero, qui hanc carta venditionis fieri iussi, manu proprie sygnum inpressi ✠, et testibus tradidi ad roborandum.

Ego Armentero, qui hanc cartula fieri iussi, manu mea propria sygnum inpressi (*sic*).

(1.^a Col.) Fredinando Rodriz hic.—Guttier Assuriz hic.—Petro Beilaz hic.—Fredinando Anaeliz hic.—Bermudus presbiter hic.—Eximinus episcopus cf.—Garsea abba cf.—Dominico abba cf.

(2.^a Col.) Ordonio Ordoniz testis.—Didaco Petriz testis.—Nunnu Rodriz testis.—Aldesende testis.—Maurellus presbiter testis.

—Bec. fol. 72, col. 2.

CCLX

22 de Septiembre 1068.

DE ORMAZA

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Hec est series testamenti, quem facere maluimus ego Taresa, una cum filiis meis Didaco et Pelagio, dum intra nos metypsos⁷ trutinaremus que et quanta sunt (*sic*) a Domino promittuntur in celis, vilescent omnia que abentur in terris; proinde vero inflamati a Sancto Spiritu, tradimus nos metypsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Sisebuto abbati regente ibidem omnium fratrum katerva. In primis tradimus animas simulque et corpora propria; deinde una terra, in rivulo de *Ormaza*, iusta terra de Guttier Rodriz, et de alia pars, terra de Belasco Zitiz, et in terciā pars, karrera qui discurrit ad Villa-noba; et una vinea in Valle-Cuesta de Ferrarios, iusta vinea de domno Tellu, et de alia pars, vinea de Annaya Zitiz, et in terciā pars, karrera qui discurrit ab Ohorcós; et una bacca et una equa; abeat, teneatis, vindicetis iure quieto.

Si vero, quod absit, aliquis homo, an ego, iermanis aut subrinis, propinquis vel extraneis aut aliqua subrogata persona, hanc meam traditionem violare voluerit, sit maledictus et in conspectu Dei et a sanctis angelis eius; et cum Juda traditore participium abeat in inferno inferiore, amen; et a parte regiam conferat V. libras aureas in cautis; et hæc scripta firmis permaneat in secula.

Facta carta traditionis die notum X. Kalendas Octobris, Era TCVI.^a, regnante rex Sancio in Castella.

Ego Garsea et filiis meis, qui hanc traditionem fieri voluimus et relegendo audivimus, manus nostras singulos sygnos fecimus, et testibus tradimus ad rovorandum. ✕ ✕.

Domno Tellu cf.—Domno Roderico cf.—Domno Gomiz cf.—Domno Didaco Rodriz cf.—Assur Fernandiz cf.—Domno Morelli testis.—Domno Meme testis.—Adefonso testis.—Bermudo testis.—Nunnu Rodriz testis.

—*Bec.* fol. 72, col. 3.

CCLXI

29 de Marzo 1077.

DE MONTE AURIO

In Dei nomine et eius gratia.—Hec est series testamenti, quem facere malui ego Gundissalbus presbiter, dum trutinando ruminarem que et quanta sunt que promittuntur in celis, vilescunt omnia que abentur in terris; proinde inflamatus á Sancto Spiritu, trado me ipsum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna, domno Sisebuto abbati regente fratrum katerba. In primis trado anima et corpus proprium; deinde omnia mea hereditate que abeo in *Monte-Aureo* ¹, cum terris, vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, padulibus, defensas, in montes et in fontes, in exitus et regressus, tam mobile quam etiam et immobile, ad integrum sit concessum in vita mea et post obitum meum.

Si vero, quod absit, an ego aut aut (*sic*) germanis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, hanc meam traditionem violare voluerit, sit maledictus in conspectu Dei et sanctis angelis eius, et cum Juda traditore abeat partem in inferno inferiori, amen; et ipso et monasterio cum omnia sua dupplato vel triplato; et a parte regis conferat XX. libras ex purissimo auro; et hec scriptura firmis permaneat.

Facta carta traditionis notum die IIII. Kalendas Aprilis, Era TCXV.^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Gundissalbus presbiter, qui hanc traditionem fieri volui et legendo audiui, manu proprie sygnum inpressi ✠, et testibus tradi di ad roborandum.

¹ *Montorio*, pueblo del partido judicial de Villadiego.

Roderico Munnioz testis rb.—Fredinando Petriz testis rb.—Didaco Vermudez testis rb.—Armentero Munnioz testis rb.—Stefanus presbiter testis.

Et omnes viri de Monte aurio, qui audierunt, hic roborant.

—*Bec. fol. 72, col. 3.*

CCLXII

6 de Mayo 968.

DE MONTE AURIO

In nomine Domini nostri Jhesu-Christi et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.

Ego Gomiz, gratia Dei abba, una pariter cum Fredinando Gundissalbiz comite et cum filio ejus Munnio Fredinandiz et aliis viris fortissimis castellensis, cum Deo adiubante, propter diem iudicii pavendo et paradisi misericordia Domini acquirendo, et pro remedio animarum nostrarum, sic confirmamus ad honorem ecclesie Sancti Adriani et Sancti Mikaeli archangeli, qui sunt in territorio de *Monte-aurio*; et donamus et confirmamus exitus et terminus de illa cella usque ad illa via qui discurrit ad Celata ¹, et per totum prato ad iuso usque ad illa via que discurrit ad Monte aurio; deinde in directo usque ad illa fonte de Muyso, et ipsa serna de Muiso, et de ipsa fonte per sumo Muiso usque ad illo Balleggo malitoso; et de ipso Balleggo usque ad illas fazas; et de ipsas fazas usque ad ipsa via que discurrit super fonte de Gomiz. Et ipsa ecclesia sancti Mikaeli ² cum suas casas, et ipsa hereditate tota cum suis pumiferis et suos manzanares et ortules, cum terris, vineis, molinis, pratis, pascuis, cum exitus et regressus, ab omni integritate. Ego Fredinando Gundissabiz similiter confirmo de termino in termino: de illo molino de Quintana usque in penna; et ipso flumen aiuso usque ad illo molino de Guthier, et in directo que vadit usque in penna: et ipsa ecclesia Sancti Mikaeli cum sus kasas et suos pumiferis et cum defesas et cum montes et fontes; et illos molinos in flumen

¹ Probablemente lo que hoy se llama *Las Celadas*, al S. de Montorio.—² Este monasterio fué de religiosas, y se agregó al de Benedictinas de Palacios de Benaber, (Burgos), en cuyo archivo existen algunos documentos á él referentes.

Ulbere ³; ipso molino qui est ad sancti Micaeli et ipsos molinos, qui sunt so Quintana de Probitio ⁴, in rivo de Ulbere, quod fuerunt factos de stirpiter et de scalido; de terras qui fuerunt comparatas sicut in regula resonat, in termino de sancti Micaeli ipsas terras de illo molino de Monte de Sancti Pantaleonis ⁵ usque ad Quintana de Probitis; et vineas proprias que sunt comparatas in Bibiester ⁶ et in Ferrarios ⁷ et in Celata ⁸ et in villa de Froila ⁹ sub urbe que vocatur Munnio ¹⁰, sicut in cartas de regula resonat, concedimus et desteterminamus et confirmamus.

Facta scedula ista die notum II. Nonas Maias, Era TVI.^a, regnante rex Ranimiro in Obeto.

Ego Fredinando Gundissalbiz rb.—Episcopus Petrus rb.—Episcopus Fronimius rb.—Fredinando Nuniz rb.—Bermudo Fanniz rb.—Gudestio Munioz rb.—Albaro Rodriz rb.—Keiya Sonnaz rb.—Sonna Florez rb.

—Bec. fol. 73, col. 1; Berganza, II, 404.

CCLXIII

25 de Febrero 1066.

DE VILLA LONGA

In nomine sante atque individue Trinitatis potentiam.—Hec est series testamenti quem texere malui ego Arias presbiter una cum subrinis meis, id est, Nunu presbiter una cum Petro et Dominico; dum intra nos metipsos trutinaremus que et quanta sunt que promittuntur a Domino in celis, vilescunt omnia que abentur in terris; pro inde vero, inflamati a Sancto Spiritu, tradimus nos medipsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Sisebuto abba regente ibidem omnium fratrum katerba: in primis tradimus animas et corpus proprium: deinde

³ Río *Urbel*, que nace al pie de las sierras de Amaya, y desagua en el Arlanzón cerca de Frandovinez.— ⁴ *Quintanilla de Pedro Abarca* cuyos límites lindan con los de Montorio por el S.— ⁵ *San Pantaleón del Páramo*, aldea del ayuntamiento precedente.— ⁶ *Vilviestre de Muñó*, del partido judicial de Burgos.— ⁷ No existe, ni sabemos donde estuvo situado este pueblo.— ⁸ *Celada del Camino*, á orillas del río Hormaza, no lejos de Muñó.— ⁹ Quizas corresponda al despoblado N.^a S.^a de *Villuela*, entre Frandovinez y Rabé de las Calzadas.— ¹⁰ *Muñó*. Cf. *Fuentes* I, p. 5.

omne facultate que abemus in *Villa longa* ¹, in rivulo de Ubirna, in alfoze de Vurgos, et in quocunque loco avere potuerimus ad integro tradimus: in primis ipsa ecclesia, ubi sunt reliquie recondite, id est, Sancti Salbatoris et Sancta Maria et Sancta Marina et Santa Justa et Rufina cum suo monasterio, cum terris, vineis, ortis, molinis, aquis, pratis, pascuis, padulibus, defesas, montes et in fontes, in exitus et regressus, cum omne mobile et immobile ad integro, sic tradimus tam in vita nostra quan et post obitum nostrum, concedimus in domum Domini.

Et si de ipsis sobrinis fuerit aliquis que bene possit regere isto supra dicto monasterio, cum licentia abba Sancti Petri teneat in sua vita et serviat sicut frater decet ad Sancti Petri.

Si vero, quod absit, aliquis homo, an nobis aut germanis vel subrinis, aut aliqua subrogata persona, hanc nostram traditionem violare voluerit, sit maledictus in conspectu Dei et a sanctis angelis eius et cum Juda traditore abeat portionem in inferno inferiori amen; et ipso monasterio cum omnia sua hereditate dupplato vel meliorato; et hec scriptura firmis permaneat in secula; et a parte regis terre inferat V. libras aureas in cautis.

Facta carta die notum V. Kalendas Marcias, Era TCIIII.^a, regnante rex Sancio in Castella.

Nobis supra dictis ego Arias presbiter et Nunu presbiter, una cum Petro et Dominico, qui hanc traditionem fieri voluimus, manus nostras roboravimus, ✠ ✠ ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

(1.^a Col.) Eximeonis episcopus hic.—Enneco abba hic.—Garsea abba hic.—Dominicus abba hic.—Fredinando Rodriz hic.—Dominico Didaz hiz.—Didaco Sarraziniz hic.—(2.^a Col.) Roderico Bermudez testis.—Didaco Albariz, testis.—Ordonio Ordoniz testis.—Gundissalbo Didaz testis.—Gundissalbo Albariz testis.—Domno Flagine testis.—Annaya Didaz testis.

—Bec. fol. 73, col. 4; Berganza, II, 434.

¹ Berganza le confunde con Villalónquejar, pero, no hay duda que era pueblo distinto, que debía estar situado en tierras de Montorio, pues en la enumeración de las iglesias sujetas á Cardeña, incluida en la bula de Eugenio III, en 1150, Villaluenga viene después de este último punto. (Cf. Berganza, II, 458).

CCLXIV

13 de Mayo 994.

DE VILLALONGA

In Dei nomine.—Ego Didaco Fredinandiz et Flagino Fernandiz de Villa-luenga, una pariter cum nostros cogermanos de Albiellos Ermegeldo Lelez et sua germana Gota, de spontanea nostras volumptas vendimus ad tibi Falconius abba et a matre tua Kara et a tua germana Gogina, id est, uno agrum cum suo exitum quem abuimus de nostros parentes; est ipso agro ad illa Ripiella de Sancti Salbatoris, de soma Ripiella, ubi stad el quadrum fictum, usque ad illas pennas de Lamite; de illa serna de ipso loco usque a la lacuna; de illa lacuna usque ad illa karrera et ad illo rivulo; et de alia pars del quadru fictu de suma Ripiella usque ad illo quadro fictu a la lacuna ad illo orto, de illo fictu de illo orto usque ad illos quadros qui sunt fictos in campo. Ipsos fictos sunt rubios antiquos, de ipsos fictos exit ad karrera et usque ad rio. Et ipso agro vendimus et accepimus de tibi Falcone abba et matre tua Kara et germana tua Gogina precio quantum inter nobis fuit beneplacibile, id est, XX. solidos de argento et duas pelles colenmias, oro pellatas, adpreciatas in XXVII. solidos de argento, et una saya vermelia de habi valente XV. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debito. Abeatis, teneatis, vindicetis usque in seculum viviturum.

Et tamen si aliquis homo an nobis, germanis, filiis aut neptis, sobrinis, propinquis vel extraneis, ad inrumpendum venerit, quomodo pariet ad tibi Falcone ipso agro in dupplo ad suos latas in simili tali loco; et ad dominus terre reddat VII. libras aureas inferat in cautis; et ista scriptura plenam abeat firmitatem.

Facta carta conparationis die notum III. Idus Maias Era TXXXII.^a, regnante comite Garcia Fredinandiz in Castella.

Ego Didaco Fredinandiz et Flagino Fredinandiz et Ermegeldo Lelez et Gota, qui hanc cartula conparationis fieri iussimus, manus nostras sygnos inpressimus, et tradimus testes ad roborandum.

Osuero hic.—Moliel hic.—Abeiza hic.—Ogenio hic.—Eserico hic.—Mer Garcia.—Didaco Feles testis.—Nunno testis.—Munnio Bergez testis.—Fanni testis.—Obeco Ennecoz testis roboravit ¹.

—*Bec.* fol. 73, col. 4.

CCLXV

30 de Diciembre 1005.

DE VILLA-LONGA

In Dei nomine.—Ego Vita Frogildez et uxor mea Zite, et Zite de Castrillo et uxor sua Appalla de Villa-longa et sua germana Momadonna, vendimus ad tibi Falcone abbati nostras proprias rationes in agro que abemus de parentum nostrorum, in loco tras Sancta Maria, in precio quantum nobis bene conplacuit, id est, in illa una ratione XI. solido (*sic*) argenti, et alia ratione in XII. solidos argento, et tercia ratione in VIII. solidos de argento; tamen de ipso precio nicil remansit debitum contra tibi Falcone abbate; abeas, teneas iure quietu perpetim abiturum.

Si quis tamen, si aliquis homo voce adduxerit aut contrarius venerit, quomodo pariet ipsa terra dupplata vel meliorata; et a parte regis terre conferat LX. solidos in cautis; et scriptura ista firmitatem plenam abeat.

Facta carta notum die IIII. Kalendas Januarias, Era TXLIII.^a, regnante rex Adefonso in Legione, et in Castellia comite domno Sanzio.

Et ego Vita et uxor mea Zete, et Ziti et uxor sua Appalla et sua germana Momadonna, qui hanc carta legente audivimus, manus proprie sygnos inpressimus ✠ ✠ ✠ ✠ coram testes.

Gundissalbo testis.—Vermudo testis.—Annaya testis.—Armentero rb.—Morel rb.—Abeiza rb.

—*Bec.* fol. 74, col. 1.

¹ Berganza, (II, 416), afirma que en esta Escritura suscribía un tal *Gudestius episcopus in Burgos*; por lo visto dicho autor debió padecer una confusión.

CCLXVI

1 de Enero 1077.

DE RIVULO DE SERAS

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Ego Vermudo presbiter, dum intra memedypsum tractarem qualiter et quomodo qui ad Deum recipiunt, huius mundi gloriam spernunt, Deoque se proximos fieri cupiunt vel contendunt, ac per hoc brabium superne vocationis adipisci merentur; hec mihi accessit volumptas proprioque deliberationis arbitrio ut tibi patri nostro Sisebuto abba vel omnibus Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, habitantibus locum Karadigna vocitatum, traderem, sicut et trado, in primis anima et corpus proprium; exinde vero omnia facultate mea, id est, domum ad atrio Sancti Saturnini episcopi in villa que vocitant *Rivulo de Seras*¹, terras, vineas, ortos, molinos, aquis aquarum, pratis, pascuis, padulibus, defesas, montes et in fontes, cum exitus et regressus, tam mobile quam etiam et immobile, ad integrum sit concessum post obitum meum; abeat, vindicetis usque in seculum.

Et si aliquis de propinquis vel extraneis contemptor venerit super hunc datum meum, quomodo pariet ipsa curte cum sua hereditate dupplata vel triplata; et ad regis terre inferat X. libras aureis in cautis; et scriptura ista firmitatem abeat plena.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Januarias, Era TCXV, regnante Adefonsus rex in Legione et in Castella.

Ego Bermudo presbiter, qui hanc donationem fieri iussi, manu mea sygnum feci, coram testibus tradidi ad roborandum: BERMUDO.

Symeonis episcopus cf.—Munnio episcopus cf.—Obeco abba cf.—Salbator cf.—Gudesteus cf.—Munnio testis.—Abonemar testis.—Garcia testis.

—Bec. fol. 74, col 2.

¹ *Rioseras*, á unos 12 kilómetros al N. de Burgos.

CCLXVII

29 de Septiembre 1028.

D

DE RIBO DE ZEREISO

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Ego Rexenda prona et spontanea mici accessit voluntas, ut tibi patri meo domno Tellu abbati vel omnibus fratribus, quohabitanes in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, trado in primis anima et corpus proprium; deinde dono propter anima de meo filio Albaro Didaz mea divisa que abeo in *Rivulo de Zereso*,¹ in alfoze de Obirna, ab omni integritate, sicut tenui illa post diebus parentibus meis, et terris, vineis, pratis, pascuís, aquis, molinis, defesis, montes et in fontes, cum exitus et regressus, sic concedo, sicut supra taxatum est, ab omni integritate per secula.

Si quis vero, quod fieri credo minime, aliquis homo, propinquis aut ex subrogata persona, hanc meam devotionem disrumpere voluerit, sit confusus et maledictus a Domino et a sanctis angelis eius; et cum Juda traditore abeat participium in inferno inferiore, amen.

Facta carta traditionis die notum III. Kalendas Octobris, Era TLXVI.^a, regnante rex Sancio in Castella.

Ego Rexenda, qui hanc scriptura fieri iussi, manu propria sygnum inpressi, coram testibus tradidi ad roborandum.

Didaco Munnioz rb. testis.—Rodrico Gundissalbiz rb. testis.—Nunno Assuriz rb. testis.—Rodrico Munioz rb. testis.—Armentero rb. testis.—Saturninus rb. testis.—

—Bec. fol. 74, col. 3.

CCLXVIII

25 de Febrero 947.

DE LACIO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentie, Pater et Filius, videlicet, et Spiritus Sanctus, qui omnia cuncta que creavit,

¹ *Riocerezo*, cuyos límites lindan con los de Rioseras.

visibilia et invisibilia, ex nicilo supplevit, unus et admirabilis extans inseparavili Trinitati, cuiusque regnum et imperium syne fine permanet in seculum, amen.

Domnis sanctis, videlicet, atque gloriosis, et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandis martyris (*sic*), quorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore vaselica fundata est in suburbio quem ferunt Vurgos, in locum quod nunqupat Karadigna, ubi et ipso monasterio fundatus fore dinoscitur. Ob ita enim hec fit series testamenti, quem texere malui ego Vermudo Godestioz tibi patri meo Stefano abbati vel omni collegio fratrum lateri aderentium tuo in Caradigna; dum trutinarem quanta sunt que á Domino promittuntur in celis, vilesunt omnia que abentur in terris. Ego denique tractante, necnon repentina mortem timentem, previdi intra memedypso ut traderem me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; in primis trade anima et corpus proprium; deinde mea villa propria cui asserunt *Lacio*¹, que saccavi per iudicio de Menendo qui tenebat voce de suo pater Placio cum adiutorio de meo seniore Fredinando Gundissalbiz comite, qui iudicavit isto iudicio. Et ita dono atque concedo sicuti et ego teneo cum suis antiquis terminis, id est, de termino de Villa Cisterna et de strata qui discurrit ad Castella; et de alia parte strata qui discurrit ad Poza; et de alia parte, fonte qui dicitur Sabucu per suos terminos que includet, cum suos montes et cum suas fontes, et cum suos pratis; et infra ipsos terminos nullus sit ausus inrumpere vel vineas plantare vel aliquid labore facere, absque iussione abbatis Karadigne. Sic dono ego Vermudo Godestioz absque ulla facendeira de sayone, sicut et ego teneo, et sicuti mici confirmavit meo seniore Fredinando Gundissalbiz comite, et ut des odie die vel tempore de meo iure sit abrasa ipsa villa et in vestra potestate sit confirmata. Abeatis, teneatis, vindicetis iure quieto.

Si quis tamen aliquis homo de filiis, neptis, germanis aut subrinis, tam regia potestas quam populus universa, voce levaverit con-

¹ Berganza sostiene que es *Villalaco*, en la provincia de Palencia, pero no cabe admitir tal interpretación, porque en el título se la llama sólo *Lacio* y según se deduce de una escritura de 1173 esta población estaba situada entre Villimar, Sotopalacios, Celada de la Torre y Urones, al N. de Burgos. (Cf. Berganza, II, 461).

tra hoc meum datum, quomodo in primis veniat super eum maledictionem Patris et Filii et Spiritus Sancti, et anathematus et a fide catholica expulsus, et cum Juda Domini proditore penas lugeat in eterna damnatione; et ipsa villa cum suis terminis dupplata vel meliorata in simili tali loco; et ad dominus terre inferat VII. libras ex purissimo auro; et hec scriptura firmis permaneat.

Facta carta traditionis notum die V. Kalendas Maias, Era DCCCCLXXXV.^a 2, rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Vermudo Godestioz, qui in hanc scedula fieri iussi, manu propria sygnum inpressi +.

Munnio Telliz fui fidiator pro ipsa villa, rb.—Fanni rb.—Didaco Galindiz rb.—Solaco rb.—Sarraqino rb.—Godesindo rb.—Fredinando comite condonavit et confirmavit rb.

—Bec. fol. 74, col. 4; Berganza, II, 392.

CCLXIX

1 de Julio 1063.

DE CAMPO RETONDO

In Dei nomine et eius imperio.—Ego Taresa, una cum nepotibus meis Didaco et Fanne et Comitissa, tradimus nos medypsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna; exinde donamus de facultate nostra duas divisas, id est, una in *Campo-retondo* ¹ superiore et alia in *Campo-retondo* inferiore; sic donamus illas ab omni integritate, cum omnibus abiacentis suis, terris, pascuis vel lignarum montes, aquis aquarum, ab omni integritate si (*sic*) concessum Sancti Petri et Sisebuto abba, et Deo servientium katerba fratrum.

Si quis sane filiis vel neptis, propinquis vel extraneis, super hunc nostrum factum vel donatum voce levaverit, qualiter in primis sit maledictus et anathematus, amen; et ipsas divisas cum

¹ De letra posterior se ha añadido una X, pero indiscretamente, pues en la fecha que entonces resultaría no reinaba ningún Ramiro.— ¹ En el partido judicial de Cervera de Río Pisuerga (Palencia) hay un lugar de este nombre, pero sin duda se refiere á Caborredondo, al N. de Burgos, en el arciprestazgo de Rojas.

omnia sua dupplatas vel triplatas; et a parte regis terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta notum die ypsas Kalendas Julias, Era TCI.^a, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Taresa, una cum neptis meis, qui hanc donationem istam fieri iussimus, et relegendo cognovimus, et manus proprias singulos sygnos inpressimus; et testibus tradimus ad roborandum.

Symeoni episcopus hic.—Enneco abba hic.—Garsea abba hic.—Obeo abba hic.—Vincenti rb.—Nunno rb.—Gundissalbo rb.—Munio rb.—Didaco rb.—Sarracino testis.

—Bec. fol. 75, col. 2.

CCLXX

3 de Septiembre 945.

DE CASTRILLO DE SIERO

In Dei nomine atque individue Trinitatis potentiam.—Hec series traditionis que facere malui ego Munnionis dum trutinare quanta sunt que promittuntur in celis, vilescunt omnia que abentur in terris; proinde inflamatus a Sancto Spiritu, trado memedypsum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Stefanus abba regente katerba fratrum. In primis trado anima et corpus proprium; deinde dono et trado villa que dicitur *Castrello*, in alfoçe de Siero ¹, cum suis terminis et suis montibus, id est, de Valleggo de fratre ad Penna-forata, dein ad Villa-escusa ² ad Fonte de Agerio et directo ad fonte Albiella de Cuerno de Buetrone, via que discurrit tras Buetrone adta lacuna de Vitagan. Ista omnia cum domibus, terris, vineis, ortis, molinis, obes, bobes, pratis, pascuis, padulibus, montes et in fontes, in exitus et regressus, et omni ganato, tam mobile quam etiam et immobile, ad integrum sit concessum.

Si vero, quod absit, an ego aut germanis, filiis, subrinis aut populus universa, vel aliqua subrogata persona, hanc meam

¹ Hoy no existe de esta antigua población, de la cual habla Argaiz, *Soledad Laureada*, t. VI, 421, sinó un lugarcillo con el nombre de *Barrio de Siero*, en el ayuntamiento de *Valdelateja*, entre Sedano y el río Ebro. El lugar de *Castrillo*, aquí mencionado, ha desaparecido.—² *Villaescusa del Butrón*, al E. de Siero.

traditionem violare voluerit, sit maledictus in conspectu Dei et sanctis angelis eius, et cum Juda traditorem abeat partem in inferno inferiore, et ipsa villa cum omnia sua reddat in dupplis; et ad regiam terre X. libras ex purissimo auro; et hec scriptura ista firmitatem plenam abeat.

Facta carta donationis die notum III. Nonas Septembris, Era DCCCCLXXXIII.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Munnio, qui hanc traditionem fieri volui, et relegendo audivi, manu proprię sygnum feci, et testes tradidi ad rovorandum ✠.

Fredinando comite cf.—Sancia comitissa cf.—Gundissalbo filio eius cf.—Guttier Didaz cf.—Didaco Sarraziniz cf.—Ordonio Nunniz cf.—Munnio Fannez cf.—Fanne Munnioz cf.—

Basilio episcopo rb.—Stefanus abba rb.—

—Bec. fol. 75, col. 3; Berganza, II, 389.

CCLXXI

1 de Marzo 1022.

DE CASTRILLO DE POZA

In Dei nomine.—Ego Annaya placuit mici et per spontanea mea volumptas vendo ad tibi Ziti mea vinea propria cum suo fundus terre, illas duas portiones quem equadravit inter meos heredes, ipsa vinea qui est in territorio de *Castrillo de Poza* ¹ iusta vinea de Nunu, et de alia pars, terra de Ziti; et in precio quantum inter nobis bene placuit, id est, XII. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debito pro dare; abeas, teneas, vindices iure quieto.—Et si aliquis homo venerit super hunc factum nostrum, qualiter pariet ipsa hereditate reddat in dupplis; et ad dominus terre conferat LX. solidos.

Facta carta venditionis vel conparationis die notum Kalendas Marcias, Era TLX.^a, regnante rex Adefonso in Legione, et comite Garcia in Castella.

¹ El castillo de Poza, hoy desaparecido con la pequeña población que le rodeaba, estaba situado como á un kilómetro de esta villa.

Ego Annaya, qui hanc cartula feci et legente audiui, de manu mea sygnum inpressi, et testibus tradidi ad roborandum.

Jhoannes presbiter hic.—Bermudo hic.—Beila hic.—Annaya hic.

—Bec. fol. 75, col. 4.

CCLXXII

25 de Enero 1014.

In Dei nomine.—Ego Jhoanes Melquiz una pariter cum uxor mea Aquilo et Annaya, placuit nobis atque convenit ut vendimus ad tibi Stefano abbate de Karadigna proprio nostro agro que abui-mus in villa predicta *Kastrillo de Poza* super Sancte Juste: abet termino, de una pars, terra de Giza; et de alia pars, karrera qui discurrit ubique; et accepimus in precio quantum inter nos bene placuit, id est, uno asyno pro colore rosello, valente XXX. solidos, et X. solidos de argenti, et in albaroc IIII. galletos de vino; et de ipso precio nicil remansit debito: abeas, teneas, vindices iure quieto.

Si quis tamen ego Jhoanes et uxor mea et germanis meis aut filiis vel neptis, propinquis vel extraneis, contrarius venerit super hunc factum nostrum, quomodo pariet ipsa terra dupplata vel tri-plata, et ad dominus terre conferat centum solidos argenti; et scrip-tura ista firmitatem abeat plena.

Facta carta notum die VIII. Kalendas Februarias, Era TLII.^a rex Adefonso in Legione, et comite Sancio Garciez in Castella.

Ego Jhoanes et uxor mea Aquilo et Annaya, qui hanc cartula venditionis vel conparationis fieri iussimus, de manus nostras sin-gulos sygnos expressimus ✠ ✠ ✠ coran testes ad roborandum.

Ectavita hic.—Sabarico hic.—Sarracino hic.—Garcia hic.—Ziti testis.—Belliti testis.

—Bec. fol. 76, col. 1.

CCLXXIII

12 de Enero 1065.

DE CASTRILLO DE GOMIZ GOTINIZ

In Dei nomine.—Ego domna Ozicia et filius meus Albaro Didaz, et Didaco Didaz et filias meas Sol et Lumne, placuit nobis de

promptas nostras volumptas sic bendimus ad tibi Nunu Albariz et domna Maria nostra divisa que est illa quarta in villa que vocitant *Kastrello de Gomiz Gotiniz*¹, in alfoze de Burgus; et est ipsa divisa cum suas terras et suos montes et cum suas fontes et cum exitus et regressus: et dedistis nobis precio pro ypsa divisa, id est, una mula pro colore castania; et de ipso precio nicil remansit debito: abeatis vos et vyndicetis usque in perpetum viviturum.

Si quis tamen aliquis homo de propinquis vel extraneis ad inrumpendum venerit, in primis sit maledictus a Deo et a fide catholica separatus, amen; et ipsa divisa dupplata vel triplata; et a parte regis terre reddat CC. solidos in cautis.

Facta scriptura venditionis vel comparisonis die notum II. Idus Januarias, Era TCIIL.^a, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Ozicia, una cum filius meus Albaro et Didaco et Sole et Lumne, qui hanc cartula fieri iussimus, manus proprię sygnos expressimus coram testes.

Guttier Assuriz rb.—Agomar Gundissalbiz, rb.—Didaco Sarraçiniz rb.—Petro Gundissalbiz rb.—Didaco Petriz testis.—Didaco Bermudiz testis.—Munnio testis.

—Bec. fol. 76, col. 2.

CCLXXIV

29 de Septiembre 994.

DE CASTRELLO

In Dei nomine.—Ego Munio Recharediz et uxor mea Osizia trademus nos metypsos pro remedio animarum nostrarum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna: in primis trademus anime nostre simul et corpora propria: deinde omne facultatule nostre que abemus vel abere potuerimus, id est, domos nostras, terras, vineas, ortis, molinis, defesas, pratis, pascuis, padulibus, montes et in fontes, cum exitus et regressus, oves et bobes, kaballos, mulas, raupas, omnia que potueritis de meo invenire, illa quintam partem ab omni integritate; et illa serna

¹ *Castrillo de la Vega*, en las cercanías de Cardena.

de *Castrillo* tota ad integro offerimus vel concedimus in domum Domini; abeat, teneatis, vindicetis jure quieto.

Et si aliquis homo contrarius venerit, de propinquis vel extraneis, qualiter ipsa hereditate reddat in dupplis; et a parte regis terre inferat CC. solidos in cautis.

Facta carta notum die III. Kalendas Octobris, Era TXXXII.^a, rex Veremudo in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Munnio Recharediz et uxor mea Osiçia, qui hanc scedula fieri iussimus, manus proprias signum fecimus coram testes.

Belasius, gratia Dei episcopus, rb.—Roderico Ermegeldez rb.—Munio Ermegeldez rb.—Salbator Petriz rb.—Sancius Muniz rb.

—*Bec.* fol. 76, col. 3.

CCLXXV

15 de Febrero 941.

DE SANCTI JUSTI PISCARIA

In nomine Domini.—In presentia gloriossimi comitis nostri Fredinando Gundisalbiz vel aliorum multorum manifestus sum ego Gundissalbo presbiter a petitione Lazarus abba ita et Fortes et omnem collationem de Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; verum est quod negare non valeo, quia casa que est iuxta Ibero, in locum quem vocitant *Piscaria* ¹, ecclesia que est sita sanctorum Justi et Pastoris et Sancti Saturnini, sic me cognosco in veritate, quia odie tercio anno vel amplius ego illa possedi in meo iure cum omnes suos aditas et sua aiacentia, sic me cognosco et veridice scio quia nostro tio domno Alaricus abuit illa vobis tradita et concessa per testamentum et scriptura que contra vos est, et odie per iussionem Basilio episcopo et mandatum de comite sic illa vobis consigno et persolbio per manus sayone Tellu Offilo, cum omni voce et integritate in perpetum abiturum: et in hunc manifestum nicil abeo quod apponam; et si, quod absit, aliqua querella vobis fecero pro ipsa casa, an ego seu parentibus meis vel germanis aut aliquis ex

¹ *Pesquera de Ebro*, á orillas de este río, al N. de Sedano. Berganza (I, 211), confunde este pueblo con otro Pesquera que estaba en el Arlanzón y del cual se habla en la Escrit. n.º CCLXXVII.

successoribus meis, tunc abeatís super me ut pariem a parte domini terre CCC. solidos in cautis.

Facta scriptura ista notum die XV. Kalendas Marcias, Era DCCCCLXXVIII.^a.

Ego autem Gundissalbo presbiter in hanc scedula restaurationis a me facta meum sygnum feci ✠.

Munnio rb.—Sanzone rb.—Morelle rb.—Albarus rb.—Vincenti rb.—Belasco rb.

Ranimirus rex princeps in Legione rb.—Fredinandus comes rb.—Arsur Fernandez rb.

—*Bec.* fol. 76, col. 3; Berganza, II, 382.

CCLXXVI

1 de Junio 945.

DE SANCTI JUSTI PISCARIA

In Dei nomine.—Ego Munnio presbiter et Rudericus presbiter sive Maurelus presbiter, una pariter cum sociis nostris, placuit nobis ut tibi Stefano abbati vel omnibus fratribus comorantes in locum vocitatum Karadigna, traderemus nobismetipsis in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli: deinde monasterium proprium, id est, sanctorum Justi et Pastoris et sancti Jhoannis, et in alio loco sancti Vincenti levite tradimus cum terris, vineis, ortis, pumares, molinis, tam mobile, quam etiam et immobile, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum sit vobis concessa et perruiter abiturum.

Si vero aliquis ex nobis vel de successoribus nostris in ipsas cas (*sic*) que sunt una in *Coba-nigra* et alia in *Colina*¹, aliquis homo vos inquietare ausus fuerit, sit confusus et maledictus á Domino, et in hoc seculo fulmen celicus devoret illum, amen; et inferat ad regiam terre X. libras ex purissimo auro; et hec scripta firmis permaneat.

Facta carta traditionis die notum Kalendas Junias, Era DCCCCLXXXIII.^a, regnum tenente domno principe Ranimiro in Obeto, et filius eius domno Sancio in Castella.

¹ *Colina*, aldea cercana á Pesquera de Ebro, por la parte septentrional.

Ego Munnio presbiter, una cum sociis meis, qui hanc tradictionem fecimus, manus nostras roboramus: ✠ ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

Munnio Hanniz testis.—Assur Didaz testis.—Didaco Munnioz testis.—Gundissalbo Monnioz testis.—Assur Vermudez testis.—Munnio Malleliz rb.—Bermudo Malleliz rb.—Mirelli Malleliz rb.

—*Bec.* fol. 77, col. 1.

CCLXXVII

8 de Mayo 944.

DE PISCARIA

In Dei nomine.—Ego Mutarrafa prona et spontanea michi accessit voluntas ut pro remedio anime meę et pro lina ut in vestris orationibus me Deo comendetis, trado vobis ipsa terra qui est iuxta flumen Aslanzon, et de alia parte Galindo Gasfan, et in adsciterio de Sancti Martyni, sive et in *Pescaria*,¹ ad ecclesia sancti Justi ipsa ratione, in pumare de Obeco qui est adunata cum fratres; abeat per secula cuncta.

Si quis tamen, filiis aut neptis aut de sanguinibus meis vel extraneis aliquis inquietare ausus fuerit, sit extraneus fiat a sancta ecclesia, amen; et ipsa terra et ipso orto dupplato; et ad regis terre C. solidos inferat in cautis.

Facta scriptura ista die notum VIII. Idus Maias, Era DCCCCLXXXII.^a, regnante principe Ranimiro in Obeto, et prolis eius Sancioni in Castella.

Ego Mutarafa, qui hanc donationem fieri iussi, manu mea sygnum feci ✠ coram testes.

Domno Abeiza testes.—Domno Ziti testis.—Domno Ariolfo testis.—Armentero testis.—Domno Genserico testis.—Bermudo testis.—Domno Suarius testis.—

—*Bec.* fol. 77, col. 1.

¹ Hoy se denomina aún La Pesquera, y está en los límites de Castrillo del Val.

CCLXXVIII

13 de Febrero 945.

DE PESCARIA

In Dei nomine.—Ego Quintilani presbiter placuit miei (*sic*) atque convenit, nullius cogentis inperio nec suadentis articulo set propria miei accessit voluntas, et tibi patri meo domno Stefano abba vel omnibus fratribus quohabitanter in Karadigna trado in primis anima et corpus proprium; deinde ecclesie Sancte Marine et Sancti Justi propria mea ratione ratione (*sic*) que me contiget inter germanos meos sic in *Pescaria* quam in *Fonte-Omini*¹ in terras, vineas, ortos, molinos, tam mobile quam etiam et immobile, sit traditum et concessum ab omni integritate.

Si quis aliquis homo contemtor venerit super hanc donationem nostram, qualiter reddat quod supra resonat in dupplis; et ad dominus terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta die notum Idus Februarias, Era DCCCCLXXXIII.^a, regnante rex Ranimiro in Obeto, et filio eius domno Sancioni in Castella.

Ego Quintilani presbiter, qui hanc traditionem fieri iussi, manu propria sygnum impressi coram testes.

Munnio Hanniz hic.—Munnio Dannaz hic.—Didaco Munioz hic.—Domno Quintila hic.—Feles Ermauz hic.—Armentero rb.—Belloni rb.—Roderico rb.—Albaro rb.—

—*Bec.* fol. 77, col. 2.

CCLXXIX

7 de Julio 1065.

DE FLAGINO-VISTIA

In Dei nomine.—Ego Munnio Fanniz de spontanea mea voluntate sic trado me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli tibi abba Sisebuto; in primis trado memedypsum; deinde una serna de La Cuenka et illa vinea de Costana-lata. Et ego Annaya Didaz

¹ *Hontomin*, al N. de Burgos, cf. *Fuentes...*, II. p. 17, 18. etc.

sic dono una terra de pumare cum suo linare; et una vice de molino in Pescera de Suso ¹ pro remedio anime meę; et illo magguelo de karrera de Val de Tote et suo germano Munnio Didaz; illa terra de karrera de Val de Kannas; et illa terra de Cardeniosa; ab omni integritate abeatis usque in seculum.

Si quis tamen, si aliquis homo ad inrumpendum venerit super hunc datum nostrum, qualiter ipsa hereditate reddat in dupplis; et ad dominus terre conferat centum solidos in cautis.

Facta carta donationis notum die Nonas Julias, Era TCIH.^a, regnante rex Fredinando in Leone et in Castella.

Et nos vero, qui supra nominati sumus, qui hanc cartula fieri iussimus, manus proprie sygnos impressimus ✠ ✠ ✠; et testibus tradimus ad rovorandum.

Roderico testis.—Mikael testis.—Martyno testis.—Petro testis.—Daniel testis.—Salbator testis.

—Bec. fol. 77, col. 2.

CCLXXX

23 de Diciembre 944=949.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Ariolfus et uxor mea Gontroda, prona et spontanea nobis accessit volumptas ut traderemus nos metypsos, in primis animabus simulque et corpora nostra; deinde in omne paupupertate (*sic*) quod Dominus dedit vel donaverit, id est, in *Valle-de-Rama* ¹ et in *Boroiba* ² terras et vineas, ortis, pumares, molinos, tam mobile quam etiam et immobile, quintam partem offerimus tibi patri nostro domno Stefano abbati vel omnibus fratribus comorantes in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna.

Si quis tamen, quod absit, aliquis ex propinquis hunc nostrum votum enerbare voluerit, sit damnatus in eterno baratro, amen; et

¹ Acaso sea *Pesquera de Duero*, villa del partido judicial de Peñafiel (Palencia), con cuyos términos linda.— ² *Valderrama*, villa situada en la margen derecha del río Ebro, no lejos de la ciudad de Frias.— ³ *Bureba* se llamaba una gran llanura, comprendida entre Briviesca y Pancorbo y los montes de Obarenes, los cuales la separan del territorio de Valderrama.

ipsa hereditate dupplata vel triplata; et a parte regis terre conferrat C. solidos in cautis.

Facta carta traditionis die notum X. Kalendas Januarias, Era T³, rex Ranimiro in Obieto, et prolis eius Sancioni in Castella.

Ego Sancius et Ariolfus et uxor mea Gontroda, qui hanc donationem fieri iussimus, manus proprias sygnos expressimus coram testes ✠ ✠ ✠.

Didaco Gomiz hic.—Gomiz hic.—Dulcidio hic.—Nunno testis.—Garcia testis.

—Bec. fol. 77, col. 3.

CCLXXXI

26 de Noviembre 993.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Annano et germana mea Gota una pariter sic vendimus media terra ad tibi Belasio abba de Karadigna; est ipsa terra in villa predicta in *Rama*, iusta terra de Sancti Petri; et accepimus precium quantum digna est, id est, XII. arcs de argento; et de ipso precio nicil remansit debitum.

Si aliquis homo pro ipsa terra contrarius venerit, quomodo reddat in dupplis; et ad Dominus terre L. solidos in cautis.

Facta carta die notum VI. Kalendas Decembris, Era TXXXI.^a, rex Vermudo in Legione, et comite Garcia Fredinandiz in Castella.

Ego Anno (*sic*) et germana mea, qui venditionis fieri iussimus, de manus meas sygnos inpressimus + + coram testes.

Gundissalbo testis.—Jhoannes testis.—Dominico testis.—Petro rb.—Beila rb.

—Bec. fol. 77, col. 4.

³ Fecha equivocada, pues en la Era mil (962), no reinaba ya Ramiro II, sino que era rey de León Sancho I. Adoptamos la fecha 944-949, porque en este intermedio aparece gobernando á Castilla, bajo la tutela de Ramiro II, su hijo el príncipe Sancho.

CCLXXXII

1 de Enero 950.

6

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Falcone una cum uxor mea Anderquina, placuit nobis ut venderemus vobis domno Stefano abbate vel omnibus fratribus de Sancti Petri de Karadigna, id est, nostra hereditate propria nostra ratione quem habuimus in *Rama* in ypsa vinea maiore sive in ypsas kasas seu ipsas comparationes de Vacoda et de Sempronio et de Argemondo, et uno pumare iusta domum proprium; et accepi ex vobis precium quantum mici digne conplacuit, id est, uno kaballo per colore baio et duas vineas in Valle de Rama et hereditate de frater Ihoannes qui est in Picesaurios. Factum nostrum firmiter maneat.

Si vero, quod absit, aliqua voce ausi fuerimus aut aliquis de sanguinibus nostris contemtor venerit, quomodo pariet a parte dominus terre quingentos solidos de argento.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Januarias, in Era DCCCCLXXXVIII, regnante rex Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Falcone et uxor mea Anderquina, qui hanc scriptam fecimus, singulos sygnos fecimus ☩ ☩ et testibus tradimus ad roborandum.

Mirel Fredenando testis.—Didaco Fredinandiz testis.—Munnio Ruderici testis.—Nannino testis.—Karissimo rb.—Auriolfus rb.—Dulcidius rb.—Gomiz rb.

—*Bec.* fol. 78, col. 1.

CCLXXXIII

13 de Febrero 950—?

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Ligonti una pariter cum uxor mea Nimea et filiis nostris Enneco et Dominico, placuit nobis atque convenit et vendimus tibi Anderquina nostra propria vinea que abuimus

in *Rama*, circa vinea de Belasco; et in precio quantum nobis bene placuit, id est, una genape et uno linteo et uno solido de argento et una obelia feta; et de ipso precio nicil remansit debitum pro dare. Abeatis, vindicetis usque in seculum.

Et si aliquis homo ad inrumpendum venerit super hunc factum nostrum, qualiter dupplata reddat ipsa vinea; et ad dominus terre inferat LX. solidos argenti.

Facta carta notum die Idus Februarias, Era T¹, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Ligonti et uxor mea Nimea et filiis meis, qui hanc cartula fecimus et relegendo cognovimus, manus proprie signos roboravimus, et tradimus testibus ad roborandum.

Adefonso rb.—Gomiz rb.—Belasco rb.—Semprunius rb.—Fafila cf.—Munnio cf.—Domno cf.

—*Bec.* fol. 78, col. 1.

CCLXXXIV

23 de Diciembre 993.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Fredinando presbiter de spontanea mea voluntas sic vendo duas terras ad tibi Belasco abba vel ad fratribus tuis de Karadigna, in locum qui dicitur *Rama* iusta terras de Sancti Petri de Karadigna ab omni integritate; et in precio quantum nobis bene placuit, id est, II. solidos de argento; et de ipso precio nicil remansit debitum.

Si quis tamen aliquis homo contrarius venerit, qualiter duplet ipsa hereditate vel meliorata; et a parte regis terre LX. solidos exsolbat in cauto.

Facta carta venditionis vel comparationis notum die X. Kalendas Januarias, sub Era TXXXI.^a, rex Veremudus in Legione, et comite Garcia Fredinandiz in Castella.

Ego Fredinando presbiter, qui hanc cartula feci et legente audi vi, manu mea sygnum feci coram testes.

Vincenti hic.—Paterno hic.—Amathe hic.—Alarico hic.—Albaro rb.

—*Bec.* fol. 78, col. 2.

¹ Error de fecha, como queda dicho en la Escrit. CCLXXX.

CCLXXXV

1 de Febrero 949.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Monitta placuit mici bono animo et spontanea mea volumptate vendo ad tibi Anderquina et Munina mea propria vinea in *Rama*, iuxta vinea de Bagerico presbiter; et accipi de te precio quantum mici bene conplacuit, id est, VI. pozales de vino, et de ipso precio nicil remansit debito; ut de odie die si aliquis homo voce addixerit super hunc factum nostrum et contemptor venerit, quomodo pariet ipsa vinea dupplata in simili tali loco; et ad regis terre conferat LX. solidos de argento in cauto.

Facta carta die notum Kalendas Februarias, Era DCCCCLXXXVII.^a, regnante principe Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Munnita, qui hanc cartula fieri iussi, manu propria sygnum inpressi coram testes.

Ariolfo hic.—Jhoannes hic.—Abeiza hic.—Feles rb.—Gomiz rb.—Belasco rb.

—*Bec.* fol. 78, col. 3.

CCLXXXVI

Año 937.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Munnio de spontanea mea volumtate sic vendo tibi Anderquina vinea mea propria in *Rama* quem abeo comune cum meo cogermano Donnu ipsa media vinea, latus vinea de Hizquira, id est, in precio quantum mici placibile fuit, id est, quando migravero que misisis me mortagga et missas que me facias, et duos orales que dedi ad Monita et ad Patreça.

Et si aliquis homo contemtor venerit super hunc factum nostrum, quomodo dupplet illa vinea, et ad dominus terre LXX. solidos argenti.

Facta carta confirmationis die notum DCCCCLXXV.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et in Castella comite Fredinando Gundissalbiz.

Ego Munnio, qui hanc cartula fieri iussi, manu mea sygnum in -
pressi coram testes ☩ ☩ ☩ .

Eugenio hic.—Domno Ligonti hic.—Gontrico hic.—Abeiza testis.
—Ferrazo testis.

—Bec. fol. 78, col. 3.

CCLXXXVII

28 de Diciembre 1064.

DE RAMA

In Dei nomine.—Ego Didaco Rodriz bono animo et spontanea mea volumpate sic vendo ad tibi Obecus abba vinea mea propria que abui in teritorio de *Val de Rama* latus karrera, et de alia pars vinea de Galindo Lupez, vendo tibi ab omni integritate; et accepi in precium quantum nobis bene placuit, id est, IIII. solidos et medio; et de ipso precio nicil remansit debitum.

Si vero aliquis ex propinquis vel extraneis voce adduxerit super hunc factum nostrum, qualiter pariet ipsa vinea dupplata vel meliorata; et ad dominus terre inferat LX. solidos argenti in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Januarias, Era TCII.^a, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Didaco Rodriz, qui hanc cartula fieri iussi, manu mea sygnum feci ☩.

Gomiz Nuniz hic.—Garcia Nuniz hic.—Munnio Didaz hic.—Domno Stefano hic.—Dominico ¹ rb.

Quere alias cartas in antea.

—Bec. fol. 78, col. 4.

CCLXXXVIII

22 de Abril 945.

DE POZA ¹

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri.—Ego Armentario Didaz prona et spontanea nostra volumptas una pariter cum uxor mea Tegridia et filiis nostris Rodrico et Munnio, pro remedio ani-

¹ Esta palabra está escrita en letra mayúscula.—¹ Sobre Poza y sus salinas. Cf. *Fuentes...*, II, 18, etc.

mabus nostris sibe pro animam pater meus Didaco Didaçi, qui iam obiit e seculo, ut in vestris orationibus sacris illum Deo commendatis, tibi patri nostro domno Stefanus abba vel omne collegium fratrum, cohabitantes in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui est situm cenobium locum Caradigna, tradimus vobis in ipso pozo, qui fuit ex patre meo, pro ipsius anima quartam partem, et aliam quartam rationem in ypso pozo tradimus et concedimus vobis pro subsidio fratrum pro animabus nostris. Et sic rogamus affatim caritati vestre ut oretis pro nobis ad Dominum, qualiter et vestro intercessu et per suffragia apostolorum mereamur cum omnibus sanctis frui regna celorum, amen. Et accepimus ex vobis in honore, id est, sella in XXX.^a solidos, et mantella; ut de odie die abeatis, vindicetis et ex proprio iure nostro sit extraneo et in vestra potestate maneat et confirmatum per secula.

Si quis vero, quod absit, an ego aut uxor mea vel filiis seu propinquis aut aliqua subrogata persona, vos inquietare ausus fuerit in ipso pozo, sit confusus et extraneus ab ecclesia sancta; et inferat idem partem vestre VI. libras aureas; et hanc scripture a nobis facta firmis maneat.

Facta carta traditionis seu donationis die notum X. Kalendas Maias, Era DCCCCLXXXIII.^a, regnante rex Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Armentario Didaçi, una pariter cum uxor mea et filiis nostris, qui hanc traditionem fecimus et roboramus et confirmamus, et testibus tradimus ad roborandum ✠ ✠ ✠.

Nunnu Ruderici cf.—Fredinando Ruderici cf.—Gundissalbo Ruderici cf.—Fredinando Sarraeciniz cf.—Tellu Ruderici cf.—Lopaton testis.—Didaco testis.—Braolio testis.—Honorio testis.—Abolmondar testis.

—*Bec.* fol. 78, col. 4; Berganza, II, 385.

CCLXXXIX

29 de Junio 959.

DE POZA

In nomine Sancte et individue Trinitatis.—Ego Gundissalbo Fredinandiz et uxor mea Fronildi, prona et spontanea nobis accessit

volumptas pro remedio animabus nostris seu pro anima de domna Aldoara, qui iam exolvit debitum carnis, ut ante Deum inveniamus aliquit solacium, hoc previdimus pro subsidio fratrum quoabitantium in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna, vel ibidem regimine tenente domno Cipriano abbate, donamus vobis ad integrum ut in æternum possideatis ipsa ratione propria in pozo de domna Gutina quem ferunt, et abemus illa ex profiliatione mater nostra domna Eldoara iam supradicta, ut deserviat in domum Domini; ad ultimum rogamus caritati vestre ut pro eius spiritu vel nostris piaculis rogitare Dominum non desistatis, qualiter adiuti orationibus sacris, adunari mereamur in catalogo electorum una pariter vobiscum.

Si quis sane, quod fieri minime credimus, an filiis nostris vel propinquis seu aliqua persona subrogata, hunc nostrum votum violare temptaverit, sit a Domino maledictus et a sanctis angelis eius, amen; et inferat a parte potestatis secundum damna secularia quattuor libras aureas, qui nostre oblationis vel defunctorum enervare voluerit. Qua de re accepimus ex vobis in honore duas sellas in XL. solidos.

Factum est hoc testamentum notum diem sanctorum apostolorum Petri et Pauli martirum, Era DCCCCLXXXVII.^a, regnante rex Ordonio in Obieto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Gundissalbus et uxor mea, qui hanc scriptam fieri iussimus, manus proprie sygnum inpressimus; et testibus tradimus ad roborandum.

Fredinandus comes hic.—Fronildi hic.—Domna Sanctia hic.—Garsea Fredinandi hic.—Beremudo abba cf.—Stefano abba cf.—Gundissalbo abba cf.—Munnius abba cf.—Guttier Didaz testis.—Nunnu Nuniz testis.—Falcon Munnioz testis.—Tellu testis.—Sarracinus testis.—Ariolfus testis.—Roderico Petriz testes.—Fanni Rodriz testis.

CCXC

9 de Julio 1066.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Giza et uxor mea domna Cita placuit nobis atque convenit, nullius quogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit volumptas, ut traderemus in primis animarum simul et corpus proprium; deinde omne facultatule nostre in *Poza*, id est, kasas, terras, vineas, ortos, molinos, tam mobile quam etiam et immobile, quidquid ganare potuimus vel potuerimus sic tradimus et concedimus ad integrum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Sisebuto abba regente katerba fratrum.

Si vero, quod absit, nos aut germanis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, hanc nostram traditionem dirumpere voluerit, sit anathematus et cum Juda traditore abeat partem in inferno inferiore, amen; et omnia quod super resonat reddat dupplato; et ad dominus terre LX. solidos conferat in cautis.

Facta carta traditionis notum die VII. Idus Julias, Era TCMIII.^a, regnante rex Sancius in Castella.

Ego Giza et uxor mea Cita, qui hanc traditionem fieri voluimus, manus proprie sygnos expressimus coram testes ✠ ✠.

Obeco hic.—Don Conantio hic.—Munnio Munnio hic.—Albar Obecoz hic.—Gundisalbo Munnioz testis.—Jhoannes Telliz testis.—Domno Munnio testis.

—*Bec. fol. 79, col. 3.*

CCXCI

1 de Noviembre 961.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Vermudo Ruderici placuit mici adque convenit, nullius cogentis inperio nec suadentis articulo, sed propria mici accessit volumptas, ut venderem vobis fratres de Karadigna et tibi Stefanus abba et frater Belasio omtori quintam rationem in pozo de domno Fonfino, de illa medietate quintam rationem, id est,

in precio quantum mici bene complacuit, id est, VIII. solidos argenti; et de ipso precio aput vos nicil remansit; et de odie die vel tempore abeatis, teneatis iure quieto; et si aliquis ex propinquis vel extraneis aliqua persona ad inrumpendum venerit, qualiter quod super resonat reddat in dupplis; et ad regis terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Nobembris, Era DCCCCLXXXVIII.^a, regnante rex Santio in Legione, et Fredinando Gundisalbiz comite in Castella.

Ego Vermudo, qui hanc cartam fieri volui, et legendo audiui, manu mea sygnum feci et testibus tradidi ad roborandum.

Jhoannes testis.—Tellu de Malmellare testis.—Manelle testis.—Goya testis.—Sarracino rb.—Jhoannes rb.

—Bec. fol. 79, col. 3.

CCXCII

O

23 de Julio 979.

DE VALLE DE ALBURA

In Dei nomine.—Ego Jhoannes presbiter placuit mici atque convenit et spontanea mea volumptate dabo et dono ad tibi Sebastianus abba, id est, uno magguelo meum proprium, qui est in locum qui dicitur *Bal de Albura* ¹ iuxta terminum de Armentero, et de alia parte terminum de Sarrazino; et de ipso magguelo trado illa mea ratione ab omni integritate concedo ad tibi Sebastianus, abba de Karadigna, vel ad fratribus qui ibi serviunt; abeatis, vindicetis firmiter usque in seculum.

Si quis tamen, si aliquis homo, propinquis vel extraneis, contemptor venerit, qualiter pariet ipsa vinea in dupplis; et ad parte regis terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta donationis die notum quod erit in die sancti Iusti, X. Kalendas Augustas, Era TXVII.^a, rex Ranimiro Legione, et comite Garsea in Castella.

¹ Pueblo antiguo, situado cerca de S. Juan de Ortega, al N. de la villa de Arlanzón. Cf. Argaiz, *Obra cit.*, t. VI, p. 346.

Ego Ihoannes, qui hanc donationem fieri volui, et relegendo audiui, manu propria sygnum inpressi, et testibus tradidi ad roborandum.

Jubitus hiz.—Giza hic.—Ihoannes rb.—Tellu rb.

—*Bec.* fol. 79, col. 4.

CCXCIII

29 de Septiembre 985.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Ruderico Ermegeldo, qui sum in voce de uxor mea Elbira, magnum est titulus donationis quem nullus homo disrumpere poterit in suis actibus; et ideo placuit mici ego Ruderico Ermeildo ut pro remedio anime de uxor mea, nec non et filiabus meis Didaco et Gundisalbo et Ermegildo, ut exinde mercimonium recipiant ante Deum pro animabus illius, concedo vobis fratres de Karadigna seu domno Felicis abba, ibidem regente in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, id est, in valle de *Poza*, in pozo quem vocitant de Comite tercia purtione inter filios de Didaco Morrelliz de una sexta feria ad septima sexta feria quanto manaret die et nocte. Isto dato ego Ruderico Ermeildo confirmo pro anime de uxor mea Elbira et pro anime filiorum meorum supra nominatos, ut pro vestra precatio et intercessu sanctorum apostolorum Petri et Pauli vel sociis eorum mereamur cum illis habitare in regna beata poli, amen; abeat, teneatis, vindicetis atque defendatis iure perpetuo.

Si quis vero, quod absit, an ego an filiis aut neptis aut aliqua persona, hanc meam donationem infringere temptaverit, aut voce sublevaverit, quomodo pariet in cauto a parte dominus terre VI. libras ex purissimo auro; et hec scripta firmis et stabilis permaneat.

Facta carta donationis vel confirmationis die notum III. Kalendas Octobris, in die Sancti Mikaelis arcangeli, in Era TXXIII.^a, regnante rex Vermudo in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego vero Ruderico Ermeildo, qui hanc donationem fieri volui, relegente cognovi, manu mea signum inpressi coram testibus.

Gundisalbo Munioz hic.—Ruderico Haniz hic.—Munnio Petriz hic.—Petro Gundisalbiz hic.—Garsea Tegiz hic.

—*Bec.* fol. 80, col. 1.

CCXCIV

24 de Abril 978.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Feles et Suario et Isterllo et Ibera tibi imitori nostro frater Belasco placuit nobis atque convenit, nullius quogentis inperio nec suadentis articulo set propria et spontanea nobis accesit volumptas, ut vendimus tibi iam supranominatum frater Belasco moira nostra propria, que abuimus in illo pozo de domna Gutina, III. rationes de VII. in VII. dies, seisma ratione ad omnia integritatem; et accepimus de te precium XX. et II. solidos, quanto nobis bene conplacuit; et de ipso precio nicil remansit debitum, ut ex odierno die vel tempore ipsas IIII.^{or} rationes de illa moira de nostro iuro sit abrasa, et in vestro dominio sint confirmatas; abeatis, teneatis, vindicetis vos et collegio fratrum de Karadigna.

Et si aliquis homo contra hanc cartula venditionis vel conparationis ad inrumpendum venerit, an nobis aut de sanguinibus nostris vel extraneis, tunc pariet ipsa moira et ipsas vices dupplatas et a parte regis terre X. libras aureas in cautis; et scriptura ista plenam abeat firmitatem.

Facta carta venditionis vel conparationis die notum VIII. Kalendaras Maias, Era TXVI.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea in Castella.

Ego Feles et Isterllo et Suario et Ibera, qui hanc cartula venditionis fieri voluimus, et relegendo cognovimus, manus nostras signos fecimus coram testibus ad rovorandum.

Albaro Zitiz hic.—Zorrakin hic.—Jubitus abba hic.—Beila testis.—Jhoannes testis.—Garsea abba testis.

—*Bec.* fol. 80, col. 2.

CCXCV

9 de Enero 978.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Didaco una cum germanas meas et subrinos, id est, Karaduenna et Massoria et Didaco et Munnio et Flaguina una pariter, tibi emtori et conparatori nostro frater Belasco de cenobio de Karadigna in Domino eternam salutem, amen. Placuit nobis atque convenimus, bonos animos et spontaneas nostras volumpates, nullius cogentis inperio nec suadentis articulo nec nullum metum pertimescimus ab alio dupplicio, set propria accessit nobis volumptas; et vendimus tibi iam supra nominato Belasco frater pozo de moyra in loco que dicitur Subkastello, iusta Sanctorum Justi et Pastoris, ab omni integritate, cum suos terminos et cum aditos et cum suos exitus etiam; et ipso puteum est inter puteum de domno Fofinu, et est in medio ribuli currentibili, et de super ipso puteo karrera publica que discurrit de Bihureu ad Castrello; et sic vendimus tibi ad integrum verum; et accepimus nos de te precium quantum inter nos bene conplacuit, id est, XXX.^a solidos argenti; et de ipso precio aput te nicil remansit debitum, ut de odie die vel tempore fiat ipso puteum salinari de nostro iuro sit abscisso et in tuo dominio adito confirmato. Et si aliquis homo inquietare voluerit pro ipso puteum determinato cum suos aditos, in primis abeat ira Dei Patris omnipotentis et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat portionem in inferno inferiore, amen; et ipso pozo dupplato cum omnia sua usque ad puteum de domno Fofino, quod est determinato, reddat et meliorato; et desuper ponimus a parte comite X. libras aureas in cautis; et venditio ista firmis permaneat.

Facta carta venditionis vel conparationis die notum V. Idus Januarias, Era TXVI.^a, rex Ranimiro in Legione, et comite Garcia Fredinandiz in aula Castella.

Ego Didaco, una cum germanas meas vel subrinos, qui hanc scedula fieri voluimus et confirmavimus et relegendo cognovimus, manus nostras sygnos inpressimus ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕, et testibus tradimus ad roborandum.

Belasco hic.—Nunnu hic.—Abuzeheri hic.—Et in manu de Beila presbiter roboramus et confirmamus.

—*Bec.* fol. 80, col. 3.

CCXCVI

1 de Diciembre 965.



DE POZA

In Dei nomine.—Ego Jhoannes presbiter placuit mici atque convenit pro remedio anime mee traderem in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Stefano abbate regente fratrum katerba. In primis trado anima et corpus proprium; deinde omnia facultate mea, id est, casas sive ecclesia sancte Eufimie, terras, vineas, ortys, molinos, pratis, pascuis, in montes et in fontes, cum exitus et regressus, tam mobile quam etiam et immobile, ista homnia in locum quem vocitant Trascastellum *Poza* ad integrum sit concessum post obitum meum, ut ante Deum accipiam refrigerium.

Si vero aliquis ex propinquis vel extraneis, aliqua subrogata persona hanc meam traditionem ad inrumpendum, venerit, sit maledictus; cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat participium in inferno inferiore, amen; et ipso monasterio dupplato cum omnia sua hereditate vel triplato; et inferat a parte regis terre VI. libras aureas in cautis; et scriptura ista firmiter maneat.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Decembris, Era TIII.^a, regnante rex Sancio in Legione, et Fredinando comite in Castella.

Ego Jhoannes presbiter, qui hanc traditionem fieri iussi, manu propria sygnum inpressi ✠ et testibus tradidi ad roborandum.

Sarracimus testis.—Albaro testis.—Zayane rb.—Petrus rb.—Luppe testis.—Fortuni testis.—Obeco rb.—Annaya rb.

—*Bec.* fol. 80, col. 4.

CCXCVII

13 de Noviembre 917.



DE POZA

In Dei nomine.—Ego Alaricus presbiter et germana mea domna Eilo deovota, sive et omnes fratres nostros, id est, Andulfus et

Obeco et Justo Moratyni, tibi domno et patri nostro Damiano sive et omne congregatione qui sunt in Sancto Petro Karadignensi et militant in sancto cenobio. Placuit nobis atque convenit, nullum quogentis imperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit voluntas, sana mente et proprio deliberationis arbitrio et propter Dei servitio ad recipiendo mercedem animabus nostris, tradimus primo in manibus tuis corda et corpora nostra; exinde omnia facultate nostra, ecclesias, kasas, cellarios, orreos et uno maureteno, lacares, quum omne ingresso et regresso, et libros, raupa, vestimenta, oves et bobes, kaballos, ortos, pumare, vineas VI. iusta ecclesia Sancti Justi et Pastoris, una determinata, et alias V. in rivulo que diciunt Ebro; et omnia, mobile et immobile, et quantum abuimus tradimus et concedimus ab omni integritate, ut abeatis iure perpetuo, tam in vita nostra quam et post obitum nostrum firmiter per secula cuncta.

Si quis sane, quod fieri minime credimus, contra hunc nostrum datum aliquis homo inquietare voluerit, in primis sit confusus et anathematus, amen; et ipsa omnia, quod super resonat, reddat in dupplis; et ad Dominus terre inferat IIII. libras aureas in cautis.

Facta carta notum die Idus Nobembris, Era DCCCCLV, regnante rex Ordonio in Legione, et Fredinando comite in Castela.

Ego Alaricus, qui hanc traditionem vel donationem fieri voluimus, manu mea signum inpressi coran testes.

Andulfus cf.—Justo cf.—Sarracini cf.—Alemus cf.—Obeco testis.—Mauratini testis.—Scemenus testis.

—*Bcc.* fol. 81, col. 1; Berganza, II. 375.

CCXCVIII

15 de Enero 937.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Didacus una cum uxor mea Eufrisia et filiis nostris Tellu et Jhoannes et tibi Adefonsus abba vel omni collegio fratrum abitantium in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, nullius cogentis ymperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit volumptas, ut traderemus vobis pars nostra de ipso pózo, quod vocitant de domno Fofino, pro remedio animabus

nostris, ut evadamus portas inferni et possideamus regna beata celi amen. Ita tamen sic confirmamus et concedimus vobis hoc quod supra diximus ut nullus homo vos inquietare presummat, id est, aut nos, aut filii vel neptis, seu aliqua subrogata persona aud (*sic*) temerario vos temtari pertentet; sed si quis hoc facere procuraverit, quod fieri minime credimus, sit a Domino maledictus et cum Juda qui Dominum tradidit, participium habeat in infernum, amen; et insuper damna secularia duabus libras aureas conferat a parte regis terre.

Facta carta traditionis vel donationis notum die XVIII. Kalendas Februarias, Era DCCCCLXXV., rex Ranimiro in Obeto, et Fredinando comite in Castella.

Ego Didacus una cum uxor mea et filiis meis, qui hanc traditionem fieri voluimus, et relegendo cognovimus, manibus nostris sygnum inpressimus, et testibus tradimus ad roborandum.
+++++

Armentero hic.—Fredinandus hic.—Rudericus hic.—Tellus rb.—
Froila rb.—Taresa rb.—

—*Bec.* fol. 81, col. 2.

CCXCIX

1 de Febrero 962.

DE POZA

In Christi nomine.—Ego Munnio Didaz, placuit mici atque venit, nullius cogentis inperio nec suadentis articulo set propria et spontanea mici accessit volumptas, ut venderem vobis fratribus de Karadigna et tibi Stefanus abba et frater Belasco emtori duas rationes in pozo de domna Gotina; una ratione de anno ad anno, et alia ratione in tres menses; et accepi ex vobis precium quantum mici conplacuit, id est, VIII. solidos argenti, et de ipso precio nicil remansit debito; abeat, teneatis, atque in perpetuum vindicetis.

Et si aliquis homo, filiis aut neptis, ad inrumpendum venerit, qualiter dupplata reddat illa moyra vel triplata; et ad dominus terre III. libras aureas inferat in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Februarias, Era Millesima, rex Sancio in Legione, et comite Fredinando in Castella.

Ego Munnio Didaz, qui hanc venditionem fieri volui et legendo audiui, manu mea sygnum feci coram testes +.

Enneco rb.—Munnio rb.—Tellu rb.—Goya rb.—Bendecti testis.—Munnio Barba testis.

—*Bec.* fol. 81, col. 3.

CCC

1 de Agosto 982.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Obeco Ennecoz bono amimo et spontanea mea volumptate vendo ad tibi frater Gomiz et collegio fratrum de Karadigna terra mea propria, quem abui in locum quem dicitur Sautum, iusta terra de Teodela, et de alia pars terminum de comite. Ipsa terra per suos terminos vendo ab omni integritate, et in precium quantum digna est, id est, XVII. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debito. Abeatis, teneatis usque in perpetuum seculi.

Et si aliquis homo contrarius venerit super hunc factum nostrum, qualiter dupplet ipsa terra; et ad dominus terre reddat LX. solidos in cautis.

Facta carta notum diem Kalendas Agustas, Era TXX.^a, rex Ranimiro in Legione, et Garsea comite in Castella.

Ego Obeco, qui hanc cartula venditionis vel comparisonis fieri volui, et legendo audiui, manu mea sygnum inpressi coram testes ad roborandum. +

Arcaspio hic.—Munnio hic.—Jhoannes hic.—Jubitus abba rb.—Beila abba rb.

—*Bec.* fol. 81, col. 3.

CCCI

1 de Agosto 967.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Anni Telluz prona et spontanea mici accessit volumptas ut venderem tibi frater Belasco de Karadigna ratione de moyra in illo pozo de domna Gutina, ad decem et tres dies quinta

ratione; et accepi in precio, id est, XVI. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debitum.

Et si aliquis homo ad inrumpendum venerit super hunc factum nostrum coutra tibi frater Belasco, qualiter reddat dupplata ipsa moyra vel triplata in ypso pozo; et ad dominus terre III. libras aureas in cauto.

Facta carta notum die ipsas Kalendas Agustas, Era TV.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando in Castella.

Ego Anni Telluz, qui hanc venditionem fieri volui et relegendo audiui, manu propria sygnum impressi coram testes.

Feles presbiter rb.—Fortunius rb.—Jhoannes rb.—Munnio testis.—Beila testis.—Dominico testis.—

—*Bec.* fol. 31, col. 4.

CCCII

1 de Diciembre 945.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Armentario Didaz prona et spontanea mici accessit volumptas ut pro remedio anime meę necnon et pro ipsius anima, id est, patrem meum Didaco, ut in vestris sacris orationibus nos Deo commendetis, trado vobis in ipso pozo qui fuit ex patrem meo propria ratione mea, quartam partem, in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, et tibi patri meo Stefanus abba, trado ab omni integritate; abeat, teneatis, vindicetis iure quieto.

Si quis aliquis homo, filiis aut neptis, aut aliqua persona ad inrumpendum venerit, sit maledictus a Deo et ad sanguine Christi separatus; et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat portionem in inferno inferiori; et ipsa moyra dupplata vel triplata; et a parte regis terre inferat X. libras aureis; et hec scripta a me facta firmis maneat.

Facta carta traditionis die notum Kalendas Decembris, Era DCCCCLXXXIII.^a, regnante rex Ranimiro in regnis suis, et comite Assur Fredinandiz in Castella.

Ego Armentario, qui hanc traditione fieri volui et legendo audiui, signum feci, et testibus tradidi ad roborandum.

Fredinando hic.—Gundissalbo hic.—Fredinando testis.—Didaco testis.—Lopaton rb.—Domno Braolio rb.—Domno Onorio testis.—Tellu testis.

—*Bec.* fol. 82, col. 1.

CCCCIII

22 de Julio 958.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Daniel et uxor mea Domna, placuit nobis atque convenit, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo set spontanea nobis accessit volumptas, ut venderemus vobis de Karadigna, id est, Dominicus presbiter et frater Lisaldus vendimus vobis *Kapanna* ¹ cum suis terminis, id est, de ipsa petra fitta usque in ipso pozo de domno Fofino, hoc ad integrum; et accepi de vobis precium quantum inter nobis beneplacuit, id est, V. solidos argenti et duos parelios de roccos et solias et uno carnero: et de ipso precio non remansit debitum pro dare.

Si quis aliquis homo de sanguinibus vel extraneis aut aliqua subrogata persona, hanc nostram venditionem disrumpere temptaverit, quomo pariet a parte comitis CC. solidos argenti; et ipsa *Kapanna* cum suis terminis dupplatos vel triplatos.

Facta carta XI. Kalendas Agusti, Era DCCCCLXXXVI, rex Ordonio in Obieto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Daniel et uxor mea Donna, qui hanc scedula fieri iussimus, manus proprias signos ✠ ✠ expressimus coram testes.

Sarracino testis.—Sempronio testis.—Annaya, testis—Jhoannes rb.—Ericius rb.—Veila rb.

—*Bec.* fol. 82, col. 2.

CCCCIV

18 de Marzo 962.

DE POZA

In Era millesima, XV. Kalendas Aprilis, rex Sancio et comite Fredinando Gundissalbiz, in presentia Sarracinus abba et Albaro

¹ Este lugar debió quedar pronto desierto, pues no consta su nombre en fechas posteriores á ésta.

Zianiz, maiorino de Poza, et aliorum multorum, et Jhoannes presbiter, sic intro fidiatore de parte de parte (*sic*) de Daniello eꝯ contra domno Stefano, abba de Karadigna, et ad frater Belasco, si non fecerit Daniel pro ipso solare et ipso antuzano cum suis adiacentiis unde intentio est, de ipsa *Capanna*, quanto de lege venerit, quomodo facit Jhoannes presbiter ad frater Belasco et ad Annaya presbiter satne et Daniel ad Jhoannes presbiter, in duplex pariet Daniel L. solidos ad parte de comitis.

Ego Daniel, qui hanc fidiatura qua mittimus et relegendo audivimus, manu mea sygnum feci ✕ coram testes.

Victore hic.—Sarracino hic.—Stafanus hic.—

—*Bec.* fol. 82, col. 2; Berganza, II, 399.

CCCV

30 de Marzo 964.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Ferro Falconiz una pariter cum uxor mea Gontroda et filiis nostris Sarracino et Obeco, placuit nobis atque convenit ut venderemus tibi frater Belasco de Karadigna quinta ratione de meo ipso pozo de domno Fomfino; et accepimus filio Obeco parelio de soccos et aput te de ipso precio nicil remansit debito: ut de odie de nostro uno sit abraso et in tuo dominio maneat confirmatum.

Si vero, quod absit, an filiis, neptis, seu aliquis homo inrumpere temptaverit, quomodo pariet a parte rex C. solidos argenti.

Facta cartula venditionis notum die III. Kalendas Aprilis, Era TII.^a, rex Sancio in Legione, et Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Ferro et uxor mea Gontroda vel filiis nostris, qui hanc venditionem fieri voluimus et legendo cognovimus, manus nostras sygnos expressimus ✕ ✕, et testibus tradimus ad roborandum.

Garcia testis.—Sarracino testis.—Lupe testis.—Jhoannes presbiter rb.—Sancio rb.—Alio Sarraceno rb.—

—*Bec.* fol. 82, col. 3.

CCCVI

1 de Diciembre 981.

DE POZA

In nomine Domini Dei et Salvatoris Jhesu-Christi.

Magnus est donationis titulus, in quo nemo potest actum largitatis inquirere; et ideo quod prona voluntas offertur libentissimo semper animo debeat amplecti. Tunc quidem profundior animo celat, quando indissolubili vinculo munificentie operanti constringitur, et votiba oblatio nulla penitus districtione revocatur.

Idcirco ego Didaco Scemenoz donare me vestre fraternitate profiteor tibi patri meo domno Filicis abba cum omni congerie sacra, qui sunt sub dicione tua et militant Deo in sancto cenobio, quem vocitant Karadigna, eorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; denique placuit mici atque convenit ut confirmarem vobis in Poza XV. homines kasatos; et tercia parte in pozo de rubio, et quattuor senras, quod abendi, tenendi et possidendique quod volueritis habeatis potestatem.

Si quis vero, quod absit, an ego aut filiis aut neptis aut aliqua subrogata persona, hanc meam donationem infringere voluerit, [sit anathematus in conspectu Dei Patris et sanctorum apostolorum vel omnium angelorum eius, et in hoc seculo sit exors ab omni cetu religionis, repentinus incurrat damnabilis, et corpus ejus non recipiat terra, et quum Juda traditore participium habeat in infernum, qui testamentum meum confringere temtaverit; et ad dominus terre XX. libras aureis.

Facta scriptura testamenti donationis die notum Kalendas Decembris, Era TXVIII.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Didaco Scemenoz in hac testamentum manu mea sygnum feci ☒ et roboravi.

Petrus, gratia Dei episcopus, cf.—Martinus episcopus cf.—Gundissalbo Rodriz cf.—Munnio Rodriz cf.—Godestio Munnioz cf.—Semenio Fortunioz cf.—Pascasius abba rb.—Meme abba rb.

CCCVII

12 de Diciembre 962.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Didaco Obecoz placuit mici atque convenit ut venderem vobis fratres de Karadigna et tibi Stefanus abba et frater Belasco emtori duas rationes de quinta ratione in pozo de domno Fonfino, in precio quantum nobis bene placuit, id est, V. solidos et medio argenti; et de ipso precio nicil remansit debitum: abeatis firmiter per secula cuncta.

Et si tamen, si aliquis homo super hunc factum nostrum ad irrumpendum venerit, qualiter pariet ipsa moyra de ipso pozo duplato vel triplato; et ad dominus terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta die notum Idus Decembris, Era millesima, rex Sancio in Legione et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Didaco Obecoz, qui hanc scedula feci et legente audivi, manu propria sygnum inpressi ✕ coram testes]

Daniel rb.—Munnio hic.—Sarracino hic.—Luppe hic.—Armentero rb.—Ziti rb.—Dominico rb.

—*Bec.* fol. 83, col. 1.

CCCVIII

23 de Julio 962.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Spasanda prona et spontanea mea mici accessit voluntas ut venderem vobis fratres de Karadigna Stefanus abba et frater Belasco comparatore quinta mea ratione de illa medietate in pozo de domno Fonfino, et in precio quantum digna est, id est, VIII. solidos et uno parelio de soccos; et de ipso precio nicil remansit debitum pro dare: abeatis, vindicetis per omnia secula.

Si quis aliquis homo ad irrumpendum venerit vel contrarius, qualiter dupplet ipsa quinta moyra; et ad regis terre inferat centum solidos argenti.

Facta carta notum die X. Kalendas Agustas, Era T, regnante rex Sancio in Legione, et comite Fredinando in Castella.

Ego Spasanda, qui hanc cartula fieri volui, de manu mea accepi et legendo audiui, manu propria sygnum inpressi coram testes ✕.

Munnio Fanniz hic.—Didaco filio eius hic.—Armentero hic.—Ezi de Ripa hic.—Beila testes.—Recemiro testis.

—Bec. fol. 83, col. 1.

CCCIX

1 de Noviembre 984.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Argemiro et Donna filia et Taresa, totos una pariter, placuit nobis atque convenit, sic vendimus unusquisque de nobis nostras rationes de moyra, illo quinto otre pleno ad integritate in illo pozo de domna Gutina, ad caput de XIII. dies, sic vendimus ad tibi Scemeno fratre; et in precio quantum nobis bene placuit, id est, XIII. solidos argenti; et de ipso precio non remansit debitum pro dare: abeatis, teneatis, vindicetis ypsa moyra usque in seculum.

Si quis aliquis homo contentor venerit aut iudicium compulsa-verit, in primis sit maledictus a Deo et ad sanguine Christi descomunicatus, amen; et ipsas oras de ipsa moyra dupplata vel triplatas; et ad dominus terre C. solidos reddat in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Nobembris, Era TXXII.^a, rex Ranemiro in Legionem, et comite Garcia Fredinandiz in Castella.

Ego Argemiro et Dona filia et Teresa, qui hanc venditionis vel conparationis notum fieri volumus, manus proprie ✕ ✕ ✕ ✕ ✕, et testibus tradimus ad roborandum.

Domno Paternino hic.—Domno Ruderico hic.—Jhoannes presbiter testis.—Froila presbiter testis.—

—Bec. fol. 83, col. 4.

CCCX

16 de Diciembre 984.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Armentero et Ninna et Garcia et Sarracino et Gontrode et Todrico et Fredinando et alio Sarracino et Tegridia,

sic vendimus nostras proprias rationes de moyra in illo pozo de domna Gutina, illa tertia parte de toto ipso pozo ad caput de XXVI. dies, vendimus tibi Scemeno fratre de Karadigna, et in precio quantum nobis placuit, id est, XIII. solidos argenti; et de ipso precio aput vos Scemeno fratre nicil remansit debitum; abeat, teneatis, vindicetis iure quieto.

Si quis tamen, an nos aut filiis aut neptis, propinquis vel extraneis aut aliqua persona inquietare voluerit, sit maledictus a Deo, et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat partem in inferno inferiore, amen; et ipsas rationes de illa moyra reddat in dupplo; et a parte regis terre X. libras aureas inferat in cautis.

Facta carta venditionis vel comparationis die notum XVII. Kalendas Januarias, Era TXXII, rex Ranemiro in Legione, et comite Garsea in Castella.

Ego Armentero et alios sociis, quod supra nominati sumus, qui hanc cartula fieri iussimus et relegendo cognovimus, manus proprias singulos sygnos expressimus ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠.

Luppe hic.—Annaya hic.—Zisla hic.—Ferruzu hic.—Jhoannes testis.—Armentero testis.—Garsea testis.—Gimara testis.

—Bec. fol. 83, col. 3.

CCCXI

1 de Junio 981.

○

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Garsea et una cum uxor mea Anderquina, sic vendimus vinea nostra propria ad tibi Belasco de Karadigna, in loco qui dicitur *Poza*, latus vinea de Mahomate, et de alia pars de Munio; et in precio quantum digna est, id est, VIII. solidos de argento; et de ipso precio nicil remansit debitum; et ipsa vinea de nostro iuro sit exita et in tuo dominio sit confirmata.

Et si aliquis homo ad te aliqua voce adduxerit, qualiter reddat ipsa vinea in dupplis, et ad dominus terre C. solidos inferat in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Junias, Era TXVIII.^a, regnante rex Ranemiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Garsea et uxor mea Anderquina, qui hanc cartula venditionis fieri voluimus et relegendo cognovimus, manus nostras sygnos impressimus et testibus tradimus ad roborandum + .

Beila testis.—Jhoannes testis.—Belasco rb.—Ferruzu rb.

—*Bec.* fol. 83, col. 3.

CCCXII

15 de Marzo 981.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Argimiro et uxor mea Froilo, sic vendimus tibi Belasco, merino de Karadigna, nostra vinea propria que abui-mus in villa que dicitur *Poza*, in loco predicto in Arenas, latus terminum de Gutina; et in precio quantum digna est, id est, XXV. solidos argenti; et de ipso precio non remansit debitum pro dare; et odie die vel tempore ipsa vinea de nostro iuro sit abrasa et in tuo dominio sit confirmata; abeas, vindices per secula cuncta.

Si quis tamen an nobis, filiis vel neptis, aut aliquis homo voce adduxerit, qualiter ipsa vinea reddat dupplata vel meliorata; et ad parte regis terre IIII. libras aureas inferat in cautis.

Facta carta die notum Idus Marcias, Era TXVIII, regnante rex Ranemiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Argimiro et uxor mea Froilo, qui hanc scedula fieri iussimus, manu propia signum impressimus, et testibus tradimus ad roborandum.

Albaro testis.—Amato testis.—Jhoannes rb.—Didaco rb.

—*Bec.* fol. 83, col. 4.

CCCXIII

28 de Octubre 981.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Offresa placuit mici atque convenit, sic vendo illa quarta portione de moyra in pozo de domna Gutina in villa predicta que dicent *Poza*, illos tres menses de septem in septem diebus, quanto manaret die et nocte, in mense December et in mense Jenuario et in mense Februario; et in precio quantum nobis

bene conplacuit, id est, XIII. solidos argenti; et de ipso precio non remansit nullo debitum pro dare, et mercatum nostrum firmiter maneat per secula cuncta.

Si quis aliquis homo aliqua voce adduxerit aut iudicium conpul-saverit, qualiter reddat ipsa moyra in tres menses in dupplis; et ad regis terre CCC. solidos in cautis.

Facta carta notum die V. Kalendas Nobembris, Era TXVIII.^a, regnante rex Rameniro in Legione, et comite Garcia Fredinandiz in Castella.

Ego Offresa, qui hanc cartula feci et relegendo audivi, de manu propria sygnum feci ✕ coram testes.

Ferruzu hic.—Manne hic.—Gomiz hic.—Sarracino testis.—Beila testis.—Sancio testis.

—*Bec. fol. 84, col. 1.*

CCCXIV

20 de Marzo 980.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Fredinando et germana mea Espasanda, sic vendimus tibi Belasco de Karadigna nostra moyra in villa qui dicitur *Poza*, et in pozo pernominato de domna Gutina, de decem ad decem diebus, in duobus menses pernominatos Septembris et Marcus; et in precio quantum nobis bene placuit, id est, VIII. solidos de argento; et de ipso precio nicil remansit debitum; abeat, teneatis usque in seculum.

Si quis aliquis homo, an nobis aut filiis aut neptis, propinquis, aut aliqua subrogata persona, ad inrumpendum venerit, sit maledictus a Deo et cum Juda traditore abeat portione, et a fide catholica separatus, amen; et ipsas vices vel dies dupplatos et ipsa moyra; et in cauto a parte regis terre C. solidos argenti.

Facta carta notum die XIII. Kalendas Aprilis, Era TXVIII.^a, rex Ranemiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Fredinando et germana mea Spesanda, qui hanc cartula fecimus et relegendo cognovimus, manus nostras singulos sygnos espressimus ✕ ✕, et testibus tradimus ad roborandum.

Feles hic.—Beila hic.—Jhoannes hic.—Sarracino testis.—Manne testis.—Gomiz testis.

—*Bec. fol. 84, col. 1.*

CCCXV

25 de Abril 978.

DE POZA

In Dei nomine.—Ego Fredinando et germano meo Feles Suero, sic vendimus moyra tibi Belasco de Karadigna, in villa qui dicitur *Poza*, et in pozo pernominato de domna Gotina, de septem in septem diebus quanto manaret die et nocte in decem menses, extra Marcius et Augusto, sic vendimus ab omni integritate usque in seculum sempiternum; et accepimus in precio quantum digna est, id est, XX. solidos argenti; et de ipso precio non remansit debitum pro dare.

Et si aliquis homo voce adduxerit pro ipsa moyra et contemtor venerit, qualiter reddat illa moyra et cum illas oras et menses in dupplis; et ad dominus terre conferat III. libras aureas in cautis.

Facta carta notum die VII. Kalendas Maias, Era TXVI.^a, rex Ranemiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Suero et Feles et Guistislo, qui hanc cartula fieri iussimus et relegendo cognovimus, manus nostras signos fecimus, ✠ ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

Abeiza hic.—Beila hic.—Jhoannes hic.—Albaro rb.—Sarracino rb.—Pelagio rb.—Inquirete alias.

—*Bec. fol. 84, col. 2.*

CCCXVI

22 de Junio 1065.

○

DE QUINTANILLA

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Ego Munnio Assuriz una cum uxor mea Odisensa, prona et spontanea nobis accessit voluntas ut tibi patri nostro Sisebuto abba, et fratribus qui serviunt in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, tradimus in primis animas

simul et corpora nostra; deinde donamus nostra divisa in *Quintanilla*¹, in albo de Vervesca, cum casas et cum terris et vineis, ortis, molinis, productilibus aquarum, piscarias, pratis, pascuis, padulibus, in montes et in fontes, et in defesas, cum exitus et regressus, ab omni integritate; et tertio de nostro ganato, id est, una cruce argentea, et duos vasos argenteos, et CCC. solidos de argento et duas kasullas greciscas cum suo servitio de lino, ab omni integritate; abeat, teneat, vindicet usque in seculum seculi.

Si quis vero, quod fieri minime credimus, aliquis homo ex propinquis aut subrogata persona, filiis aut neptis, hanc nostra devotionem dirumpere voluerit, sit confusus et maledictus a Domino et a sanctis angelis eius; et cum Juda traditore abeat participium in inferno inferiori, amen; et ipsos palatios cum omnia sua hereditate dupplata vel triplata; et ad regis terre pariet XX. libras ex purissimo auro in cautis.

Facta carta traditionis notum die X. Kalendas Julias, Era TCIII, rex Fredinandus in Legione et in Castella.

Ego Munnio una cum uxor mea Odisenda, qui hanc cartula fieri iussimus, manus nostras sygnos inpressimus coram testes ✕ ✕.

Eximius episcopus cf.—Vernaldus episcopus cf. rb.—Enneco abba cf. rb.—Dominicus abba cf. rb.—Didaco Albariz cf. rb.—Gundissalbo Albariz cf. rb.—Antolino Nuniz cf. rb.—Munnio Fredinandiz cf. rb.—

—Bec. fol. 84, col. 3; Berganza, II, 434.

CCCXVII

20 de Febrero 971.

DE BERBESCA

In Dei nomine.—Ego Belendo Gomiz placuit mici atque convenit, prona et spontanea mici accessit voluntas, ut pro remedio anime meę, ut evadam portas inferni, trado me ipsum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, atque Sancti Petri de Berbesca seu Endura abba regentem congregatio alma. In primis trado anima et corpus proprium; deinde omne facultate

¹ *Quintanillabón*, villa á pocos kilómetros al N. de Briviesca.

mea que abeo in Berbesca, id est, terras, vineas, ortos, molinos, pumares, sic in *Frasceno* ¹ quam et in *Cameno* ², obes et bobes, raupa, tam mobile quam etiam et immobile, ad integrum sit concessum ab omni integritate post obitum meum.

Si quis tamen seu aliquis homo aut aliqua subrogata persona hanc meam traditionem disrumpere voluerit, sit a Domino maledictus, amen; et ipsa hereditate duplata; et a parte regis terre conferat X. libras aureas in cautis.

Facta carta traditionis die notum X. Kalendas Marcias, Era TVIII.^a regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandez in Castella.

Ego Belendo, qui hanc traditionem fieri volui, el relegendo audiui, manu mea sygnum feci et testibus tradidi ad roborandum ☒.

Domno Roderico Telliz hic.—Nunnu Sarraciniz hic.—Domno Quintila hic.—Domno Lupon hic.—Nunu Gomiz hic.—Domno Garsea hic.

Inquirite alias cartas.

—*Bec.* fol. 84, col. 4.

CCCXVIII

1 de Marzo 981.

DE PONTE-CURBO ¹

In Dei nomine.—Ego Baselis una cum filiis meis Gundissalbo et Anderazo, nullius quogentis ymperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit voluntas, et vendimus tibi domna Oneca, id est, molino in loco qui dicitur *Foio* ², iusta alio molino de Pelagio; et in precium quantum inter nobis bene placuit id est, VIII. solidos et II. ares. Et de ipso precio nicil remansit debitum; abeat, teneatis, vindicetis usque in seculum.

Si quis aliquis homo ad inrumpendum venerit, in primis sit maledictus a Deo et a fide catholica separatus, amen; et ipso molino duplato vel triplato; et ad dominus terre centum solidos in cauto pariet.

¹ Según la Escritura CCCXXIX, este pueblo más bien estaba en el alfoz de Oca.—² *Cameno*, lugar á corta distancia de Briviesca, junto á la vía férrea.—³ *Pancorbo*.—⁴ Entre los lugares que seguan el fuero de Cerezo cuentan Pancorbo y un *El Hoyo*, que quizás sea al que alude el texto.

Facta cartula vënditionis vel comparationis die notum Kalendas Maias, Era TXVIII.^a, rex Sancio ³ in regnis suis, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Baselis una cum filiis meis, qui hanc cartula venditionis fieri iussimus, manus proprie sygnos impressimus ✠ ✠ ✠, coram testibus ad roborandum.

Silbane testis.—Gomiz testis.—Jhoannes testis.—Abeiza testis.—Quintla testis.—Gundissalbo testis.

Inquirite alias cartas ad delante.

—Bec. fol. 85, col. 1.

CCCXIX

13 de Febrero 971.

○

DE BERBESCA

In Dei nomine.—Ego Galindus presbiter placuit mici atque convenit, nullius cogentis ymperio nec suadentis articulo set propria mici accessit voluntas, ut tradere me ipsum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, atque Sancti Petri de Berbesca, domno Sabastianus abba regente fratrum katerba. En primis trado anima et corpus proprium; deinde omni ganato meo et duas vineas in *Berbesca* ab omni integritate sit concessum post obitum meum.

Si quis tamen, aliquis homo, an ego aut germanis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, hanc meam traditionem disrumpere temptaverit, sit a Domino maledictus et a sanctis angelis eius, amen; insuper a parte regia conferat CCC. solidos in cautis; et hec scripta firmitatem plenam abeat in secula.

Facta carta traditionis notum die Idus Februarias, Era TXI.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandi in Castella.

Ego Galindo presbiter, qui hanc traditionem fieri volui et legendo audivi, manu mea sygnum feci, coram testibus tradidi ad roborandum.

³ Debiera decir *Ranimiro*.

Didaco Scemenoz hic.—Azenari hic.—Scemeno Sarraciniz hic.—
Oriole testis.—Sarracino testis.—Fanne testis.

Inquirite alias cartas ad delante.

—*Bec.* fol. 85, col. 2.

CCCXX

22 de Abril 976.

DE SALINAS¹

In Dei nomine.—Ego Sabitta una cum filiis meis, id est, Tellu, Anderazu, Donna, Ambra, Scemena; et vendimus vobis fratres de Karadigna areas XIII. in XIII. solidos argenti; et de ipso precio nicil remansit debitum.

Et si aliquis homo vos inquietare ausus fuerit, qualiter reddat ipsas areas dupplatas vel triplatas; et a parte regiam terre inferat C. solidos in cautis.

Facta carta venditionis notum die X. Kalendas Maias, Era TXIII.^a, rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Sabitta, una cum filiis meis, qui hanc venditionem fieri volumus, manus proprias sygnos inpressimus et tradimus, testibus ad roborandum ✠ ✠ ✠.

Nunnu Maliz rb.—Tellu rb.—Obeco rb.—Scemeno cf.—Munnio cf.—Illurdo cf.

—*Bec.* fol. 85, col. 2.

CCCXXI

1 de Septiembre 940.

DE SALINAS

In Dei nomine.—Ego Tellu una cum uxor mea domna Hahilo, placuit nobis atque convenit, nullius cogentis imperio nec suadentis articulo set propia nobis accesit voluntas, ut traderemus tibi patri

¹ *Salinas de Añana*, Cf. *Fuentes...* páginas 19, 23, etc.

meo Gaudesteus abba vel ad domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli seu ibidem deservientum fratrum, omnia facultate mea nostra que abemus in *Aniana*, id est, casa, et vice in molino tertia parte, et orto, et areas XIII. cum suo puteo erga areas de Fredinando Gundissalboz comite; et in alio puteo octava parte; et alium quodcumque ganare potuerimus sit traditum pro remedio animarum nostrarum ut exinde mercedem abeamus aput Deum; et si quis vos inquietare voluerit, an ego aut uxor mea vel germanis aut aliquis ex potestatibus, in primis sit maledictum a Domino, amen, et ipsa casa cum omnia sua duplata vel triplata; et ad dominus terre reddat IIII. libras aureis in cautis.

Facta carta traditionis die notum Kalendas Septembris, Era DCCCCLXXVIII.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundisalbiz in Castella.

Ego Tellus et uxor mea, qui hanc cartula traditionis fieri voluimus, et relegendo cognovimus, manus proprie sygnos inpressimus, et tradimus testibus ad roborandum.

Obeco testis.—Garsea testis.—Armentarius testis.—Munnio testis.—Albaro testis.—Nunu testis.

Inquirite alias cartas ad delante.

—*Bec.* fol. 85, col. 3; Berganza, II, 381.

CCCXXII

25 de Octubre 913.

DE CEREZO

In nomine Domini nostri Jhesu Christi.—Domnis sanctis atque gloriosis et post Deum nobis fortissimis, venerandis martiribus, eorum reliquie condite requiescunt sanctorum Georgii et Sancti Jhoannis et Martyni episcopi, in suburbio quem ferunt *Cerasio*¹, ubi et ipso monasterio fundatus fore dinoscitur. Ego adclines famulus vester Gundissalbo Telliz et uxor mea Flamula, licet primordia bonorum operum que Deo inspirante in mente gignitur, iustitie operibus depu-

¹ *Cerezo de Rio Tiron*, cf. *Fuentes*... II, p. 18.

tetur, tamen maiori cumulo portiori crescunt, in boto ampliori remuneratione expectatur in premio; digne igitur iam sue spei vota in domo celica mansionem multarum conlocat, qui domum sancte ecclesie restaurant, ut in melius construere procurat. In primis concedimus vel confirmamus tibi domno Belasio abbati vel omnibus fratribus, qui manent sub regimine tuo, ipsa ecclesia iam superius dicta pro sustentatione monachorum cum domibus, ortis, molinis, pratis vel suis productilibus aquis antiquis, ut in eternum possideatis; tamen hoc terminum censemus ad integrum, ut iure valeatis defendere, de parte oriente ipsum agrum de Beila Rota, a parte que respicit ad oriente ipsa strata maiore, ad occidentem plagam ad ipsas pennellas contra civitate, ipso prato testamus ad integrum pro remedio animabus nostris.

Si vero aliquis ex propinquis vel ex successoribus nostris, qui post obitum nostrum adfuerint, hanc nostram donationem vel oblationem, que Deo obtulimus, violare voluerit aut infringere, sit maledictus a Deo simulque a sanctis angelis eius; sint dies eius paucissimi super terram, vivensque a fronte careat amborum lumina; post que non evadat baratri picea tormenta cum auctore suo diabolo et sociis eius, amen.

Factum est hoc testamentum sub die quod erit octavo Kalendas Nobembris, Era DCCCCLI, regnante principe Garseani in Legione, et comite Gundisalbo Telliz in Cerasio.

Ego Gundisalbo Telliz et uxor mea, qui hanc donationem vel subscriptionem fieri iussimus, manus proprie singulos sygnos impressimus + +.

Gudesteus, gratia Dei episcopus, cf.—Fronismus, preceptum Dei episcopus, cf.—Sonna abba cf.—Damianus abba cf.—Donninus abba cf.—Assur Gundesalbo testis.—Munnio Assuri testis.—Gomiz testis.—Uvistremiro testis.

Garsea rex manu propria roborabi: GARSEA².

Inquirite alias cartas ad delante.

—*Bec.* fol. 85, col. 4; Berganza, II, 373.

² Monograma incluido dentro de una figura de arco.

CCCXXIII

17 de Febrero 1083.

O

DE GALBARROS

In Dei nomine.—Ego Martyno de spontanea mea voluntate sic facio carta vel roborationem de omnia mea hereditatem tibi abbate domno Sabastianum vel ad fratribus tuis de Karadigna, propter diabolum que fecit me inpediente et feci furtum invalente CCCC. solidos argenti: et istum furtum que feci intro in ecclesia de sancti Petri; et propterea non abeo unde pectare illo argento, et proinde dabo illa mea hereditate quod habeo in villa que vocitant *Galbarros*¹, id est, una divisa et cum solares et cum sua era, terris, vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, padulibus, montes et in fontes, cum exitus et regressus, ab omni integritate; illa tota mea ratione quod quadravit inter meos germanos, dabo et roboro tibi abbate domno Sebastiano vel ad fratribus de Sancti Petri; de odie vel tempore de mici Martino illa hereditate de meo iure sit exita, et tibi domno Sebastiano abba in tuo dominio sit confirmata ad integro: de odie die de germanis aut subrinis, qui voce levaret aut iudicium compulsaverit, sit maledictus a Deo et ad sanguine Christi sit descomunicatus, et cum Juda traditorem abeat portionem in inferno, et ypsa hereditate dupplata vel triplata; et a parte regis conferat IIII. libras aureas in cauto.

Facta carta notum die XIII. Kalendas Marcias, Era TCXXI.^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Martyno, qui hanc cartula feci et legendo audivi, manu propria sygnum inpressi ✠, et testibus tradidi ad roborandum.

Obecus abba hic.—Vincentius abba hic.—Petro Jhoannes hic.—Didaco Munnioz hic.—Galindo abba testis.—Fortunius abba testis.—Vermudo Ectavitaz testis.—Bartolomeus testis.—

Quere alias cartas addelante.—

—Bec. fol. 86. col. 1; Berganza; II, 447.

¹ *Galbarros*, pueblo del partido judicial de Briviesca, por la parte del Poniente.

CCCXXIV

23 de Marzo 1071.

DE QUINTANA DE ATAPUERCA

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.

Hec est series testamenti, quem texere malui ego Morellus, dum intra memetipsum trutinarem que et quanta sunt que a Domino promittuntur in cēlis, vilescent omnia que abentur in terris: proinde vero taliter inflamatus a Domino et a Sancto Spiritu, providi intra me ut aliquid de facultatibus meis offerrem pro remedio anime mee in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, videlicet, domno Sisebuto abbate, regente katerba fratrum. Ideoque ego iam Morelle trado in primis anima et corpus proprium; deinde meas kasas que abeo in *Atapuerka*, in villa qui dicitur Quintana, cum tota sua hereditate et cum exitus et regressus et cum tale foro de illis infanzones de Castella. Quia ypsas kasas cum sua hereditate per iudicium abui illas vindicatas cum meo seniore Munnio Fredinandiz, ubi fuerunt multi nobiles et ignobiles.

Si quis aliquis homo, an ego aut filiis aut neptis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, venerit ad disrumpendum super hunc meum datum, quomodo in primis iram Dei omnipotentis descendat super cum et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat portionem in inferno inferiori amen; et ipsa hereditate cum suas kasas duplatas vel triplatas; et ad dominus terre inferat XX. libras aureas in cuato.

Facta carta notum die VII. Kalendas Aprilis, Era TCVIII^a, rex Sancio in Castella.

Ego Morellus, qui hanc donationem fieri volui et relegendo adivi, manu mea sygnum inpressi ✠ coram testes ad roborandum.

Munnio Fredinandiz testis.—Didaco Gundissalbiz testis.—Vita Karo testis.—Didaco Munnioz testis.—Rapitus testis.—Tellus testis.

Quere alias cartas addelante.—

CCCXXV

1 de Mayo 972.

DE SANCTA EUGENIA DE HAGGEHE O

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.

Hec est series testamenti, quem facere malui ego Nunu presbiter, dum intra memedipsum trutinarem que et quanta sunt que a Domino promittuntur in celis, vilescunt omnia que abentur in terris: proinde vero inflamatus a Sancto Spiritu, trado me ipsum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, domno Stefano abbati, regente ibidem omnium fratrum katerba.

In primis trado anima et corpus proprium (*sic*); deinde omne facultate quem abeo in Sancte Eugenie de *Haggege*¹ seu in quocumque loco habere potuero, post obitum meum ad integrum possideatis in eternum; id est, in primis ecclesie Sancte Marie Virginis, seu Sancti Mikaelis archangeli, et Sancti Georgii cum suis domibus et padules, defensas, cum suis exitus et terras et vineas, ortos, molinis, oves, edos et bobes, caballos, raupa et omni ganato, tam mobile quam etiam et immobile, ad integrum sit trado et concedo in domum Domini.

Si vero, quod absit, aliquis homo ad inrumpendum venerit super hanc meam donationem, qualiter sit maledictus et confusus, amen; et ipso monasterio cum omnia bona sua duplato vel triplato; et inferat ad dominus terre XX. libras aureas in cautis.

Facta carta traditionis die notum Kalendas Maias, Era TX.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Nunu presbiter, que hanc donatione fieri volui et legendo audivi, manu propria sygnum feci ✠ coram testes: + + +

Didaco Scemenoz cf.—Domno Belasco cf.—Domno Vicenti cf.—Domno Nunu cf.—Alarico abba rb.—Vincenti abba rb.—Comeso abba rb.—

—Bec. fol. 86, col. 3. Véase Argáiz, *Obra cit.* VI. 287.

¹ Agés, villa que linda con Atapuerca, en el partido judicial de Burgos.

CCCXXVI

12 de Febrero^o 1030.

O

VINEA DE CANALELIA

In Dei nomine.—Ego Tellu presbiter trado me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna. In primis trado anima et corpus proprium; deinde omni meo gannato mea quinta et duas vineas, illa una in *Kanalelia*, circa villa de Gimara, que fuit de domna Alba de Vurgos, et alia vinea que fuit de Mer Munnio, tibi patri meo Garsea abba, regente katerba fratrum; abeatis, teneatis iure quieto.

Si vero, quod absit, hoc meum datum ad inrumpendum venerit vel subrogata persona, in primis sit confusus a Deo et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat portionem in inferno inferiori, amen; et ipsas vineas dupplatas vel triplatas; et ad regiam terre inferat centum solidos in cautis.

Facta carta notum die II. Idus Februarias, Era TLXVIII.^a, regnante rex Sancio in regnis suis.

Ego Tellus presbiter, qui hanc cartula fieri volui et legendo audivi, manu propria sygnum inpressi ✕, et testibus tradidi ad roborandum.

Julianus episcopus cf.—Domno Feles cf.—Domno Guttier cf.—Saturninus abba testis.—Sancio abba testis.—

Quere alias cartas addelante.—

—Bec. fol. 86, col. 4.

CCCXXVII

1 de Marzo 962.

DE VILLA MESKINA

In Dei nomine.—Ego Domenga bono animo et spontanea mea voluntate trado me ipsa in domo Sancti Petri et tibi Sebastianus abba: trado in primis corpus et anima: deinde una terra et una

vinea: ipsa terra est in *Villa Meskina* ¹, de una pars, domno Gomiz de Sancti Laurenti; de alia pars, limitare vacuo: et ypsa vinea est in pago de Holuori, de una pars, Nuno de Sauto, et de alia Nuno de Ulascori; et molino proprio, que ego edificavi, dono vice de octo in octo dies: et omnia mea mobilia quantum abuero in ora quod fuero migratura, [trado ab omni integritate pro remedio anime mee].

Si quis tamen aliquis homo contemptor venerit super hunc datum meum, qualiter ipsa terra et illa vinea et cum illo molino reddat in dupplis; et ad dominus terre conferat III. libras aureas in cautis.

Facta carta die notum Kalendas Marcias, Era T, rex Sancio in regnis suis.

Ego Domenga, qui hanc scedula fieri volui, et legendo audiui, manu mea sygnum feci ✕, coram testes tradidi ad roborandum.

Gundissalbo Nuniz hic.—Sancio Munnioz hic.—Munnio Sarra-ciniz hic.—Gomiz Nuniz hic.—Zorrakin testis.—Domno Beila testis.—Domno Ziti testis.—

Quere alias cartas addelante.—

—*Bec.* fol. 87, col. 1.

CCCXXVIII

23 de Mayo 932.

DE SANCTI MIKAEL DE MONTE

In Dei nomine.—Ego Assuri Gundissalbiz, una cum filiis meis Gundissalbo et Munnio, vobis fratribus, id est, Lazarus abba vel ceteris fratres, qui sunt in cenobio Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, tradimus vobis pro remedio anime nostre ecclesie Sancti Mikael cum omnibus abiacentis suis, ut habeatis ibi licentiam arandi et serendi atque metendi simulque et erba pascendi et ligna cedendi; et in honore Sancti Mikaelis arcangeli determinamus terminum quod dicitur Valle de Rattari

¹ Según conjeturas de Berganza, (I, 244) este lugar estaba situado en las cercanías de Burgos.

cum suas fontes et suo monte de lombo in lembo, et de via discurrente de Pineta usque ad caput de valle a Congosto, donamus et concedimus ab omni integritate; et accepimus de bobis Lazarus abba in honore spolas heites cum artarfes et VIII. pannos tirancures romesinos, invalente quingentos solidos; abeat, defendatis, vindicetis usque in seculum; ut de odie die vel tempore aliquis homo ad inrumpendum venerit seu regia potestas vel universi populus, aliquis subrogata persona, quomodo pariet a parte regis terre X. libras aureas in cautis; et scriptura ista plenam abeat firmitatem.

Facta carta donationis X. Kalendas Junias, Era DCCCCLXX.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Assur Gundissalbiz cum filiis roborabi et testes ad roborandum intuli.

Ranemirus, gratia Dei rex, cf.—Comite Fredinando cf.—Garsea cf.—Didaco Rodriz cf.—Loppe cf.—Endura cf.—Flaginus Zitiz cf.—Gustremidus episcopus rb.—Martinus abba rb.—Ordonius abba rb.—Meme abba rb.—

Quere alias cartas ad delante.—

—*Bec.* fol. 87, col. 1; Berganza, II, 379.

CCCXXIX

1 de Julio 972.

DE PALOMERO

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Hec est series testamenti quem texere maluimus ego Garcia Fredinandiz comite et uxor mea domna Ava comitissa; dum intra nos metipsos trutinaremus que et quanta sunt que a Domino promittuntur in celis, vilescunt omnia que abentur in terris; proinde vero taliter a Deo a Sancto Spiritu inflamati, previdimus intra nos ut aliquid obtulerimus pro remedio animabus nostris in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui est situm iusta Vurgos,

locum vocitatum Karadigna, vel ibidem Recesvintus abbati regente congregatio alma fratrum. Ideo nobis iam supradictis tradimus in primis animarum simulque et corpora; deinde offerimus pro subsidium fratrum de ista parte de rigo, quem dicunt *Palomero*, donamus vobis illa vaccariza de domno Tellu, et item alia bacchariza cui dicunt Tablatas, et rigo transacto alia bacchariza cui asserunt Fonte de Vielzo, et alia bacchariza cui nominant Adefterra, et alia que dicunt Fontevellitiz, et adhuc illa alia que ruminat Gomeçula, abenti ibidem Sancti Petri ecclesia; per montes de Pineta damus vobis licentiam ut pascat vestro ganato absque ulla esitatione et absque ullo inpedimento ubi volueritis. Itaque vobis supra taxatis domnis nostris affatim rogamus caritati vestre ut pro nobis Dominum exoretis; et quando de hoc seculo migraturi fuerimus ad Dominum, nobis pariter mereamini ingredi celum et cum sanctis omnibus abere gaudium infinitum.

Si quis vero, quod absit, hanc nostram traditionem seu devotionem ausus fuerit violare, an filiis nostris seu propinquis vel aliqua subrogata persona, sit anathematus in conspectu Dei Patris omnipotentis; et a parte regis terre inferat XXX. talenta auri; et hec scripta firmis permaneat in secula.

Facta traditionis notum die Kalendas Julias, Era TX.^a, regnante rex Ordonio ¹ in Legione.

Et ego comite Garsea et uxor mea domna (*sic*) in Castella, qui hanc donationem confirmamus et scriptura ista fieri iussimus, et relegendo cognovimus, manus proprie sygnos inpressimus; et tradimus testibus ad roborandum: GARCIA—ABA ².

Gundissalbo Telliz hic.—Gubferico hic.—Luppe Açenareç hic.—Assur Gundissalbiz hic.—Sancio Gomiz hic.—Tellu Belascoz testis.—Sarracino testis.—Didaco Osandoz testis.—Nuno Gomiz testis.

Quere alias carta ad delante.

—*Bec.* fol. 87, col. 2.

¹ Equivocación del copista: debiera decir *Ranimiro*.—² Monograma.

CCCXXX

15 de Julio 1052.

O

DE FARANICO

Sub divini imperii Patris, videlicet, Prolis, Spiritus Sanctus, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen. Ego denique Garsea, gratia Dei rex, filius Sancione Regis, dum divinitatis ordo in me ruminando trutinarem que et quanta sunt que a Domino promittuntur in cēlis, vilescunt animo omnia que abentur in terris. Proinde vero inluminati a Sancto Spiritu, nec non et repentina morte timendo et gloria vite ęternę inquirendo, et illam terribilem vocem sectando quod ayt lex divina: «ygnem ardentem extinguit aqua et elemosina extinguit peccata; et «qui tribuit Deo minimo, centuplum accipiet in regno ęterno». Ego vero pro anima mea dono atque concedo tibi Gomesano una cellula que vocatur *Faranico*, iusta aqua qui dicitur Rigo de Truggillas¹, in alfoze de Auca, et popules ea et stet ibi tuo ganato ubi tibi placuerit in ypsius montibus et excidas arbores infructuosos pro quo tibi necesse fuerit materiam facere, et plantes fructuosos, et abeas ypsa cellula in tua potestate in vita tua, et post obitum tuum dona eam ubi tibi permiserit Deus; et propter hoc datum quod dedi tibi dedistis mici in honore uno kaballo per colore roseo, valente quingentos solidos argenti. Et ego confirmabo tibi ipsa cellula per secula cuncta; abeas, teneas atque possideas iure quieto in perpetuum abiturum.

Si aliquis homo, quod fieri minime credo, de regis aut de comites, de gens mea aut qualivet subrogata persona, venerit ad disrumpendum hoc meum datum, in primis sit maledictus a Deo et a sanctis angelis eius, et a fide catholica separatus; et cum traditore abeat partem in inferno inferiore; et ipsa cellula cum suos montes dupplata vel meliorata in tali simili loco; et a parte dominus terre V. libras aureis in cautis.

Facta carta notum die Idus Julias, Era TLXXXX.^a, rex Garsea in Naggara et in regnis suis.

¹ Quizás corresponda al arroyo *Carriguelas* que nace en los montes de Oca.

Ego iam supradictus Garsea rex, qui hanc cartam donationem fieri iussi, legendo audiui, manu mea sygnum feci + ², et testibus ad roborandum.

Açenare Garciaz hic.—Lop Fortunionis hic.—Garsea Lopez armiger hic.—Julian Alket hic.—Dominico Belascoz hic.—Sancio Iriezo hic.—

Belasco abba testis.—Nunno abba testis.—Gomessanus episcopus testis.—Garsea episcopus testis.—

Quere alias cartas ad delante.

—*Bec.* fol. 87, col. 4; Berganza, II, 429.

CCCXXI

11 de Julio 972.

DE GRANATERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris quoque et Filii, videlicet, ac Spiritus Sancti, que omnia cuncta que creavit, visibilia et invisibilia, ex nicilo supplevit, unus et admirabilis extans inseparabili Trinitate, cuiusque regnum et inperium syne fine permanet in seculum.

Domnis sanctis atque gloriosis et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandisque martyribus, corum reliquie condite requiescunt mona (*sic*) Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in cuius honore baselica fundata est in superurbio quem dicunt Vurgos, in locum quod vocitant Karadigna, ubi et ipso monasterio fundatus esse dinoscitur. Ego Garsea Fredinandiz et uxor mea domna Ava, si beneficiis divinis nostra compensetur oblatio, parvipenditur quod concedimus, que quod sumus, quod que regno prediti et rerum domini sumus celesti largitate locumpletati, ideo timentes penas inferni ubi nulla que abere misericordia, nicilque consolatio, set fletus et stridor dentium, sicut psalmista ayt: «non mortui laudabunt te Dominum neque omnes qui descendunt in infernum», etenim propheta ayt: «tua sunt Domine omnia et que de manu tua accepimus

² El signo del rey representa una cruz bizantina debajo de un arco.

dedimus tibi»; denique non est nobis dubium set multis manet notissimum et cognitum et quod de nostro datum abuistis concessum atque adfirmatum tibi patri nostro Stefano abbate vel omni collegio monachorum Sancti Petri. Denique per misericordiam Dei et per huius nostri regalis glorie titulum et pro remedium animabus nostris, damus atque concedimus in *Granatera* ¹ ipso pozo ad integro, ut nullus vobis substollat ex illo, solummodo duas eminas de ipsa sal quando que venerimus nobis Aukensium locum per ad mensam nostrorum que ciborum, sed omnia ad integer vobis permaneant seculorum omne per evo. Et ipso foro abeatis cum illo sicuti est nobis consuetudo atque regente nobis et ipsoque ymperio; et Aukense villa abiacentiis suis vel quibus venerint ad emendum ipsa que salsa per ad sua necessaria sic vero semper veniant ad ipso pozo per ad laboranda ipsa que fuerint in eo laborantia, sicuti modo veniunt cum sua annafaka, tamdiu est ipso pozo in nostra potentia; et si noluerint venire ipsi que per ad ipso lavore, adinvitus veniant per manus aukense sayone, sicut modo veniunt iussionem.

Omnia igitur supra diximus sit concenssum ecclesie Sancti Patri et Stefanus abba vel cultoribus ibidem deservientibus, perpetuo tempore proprio vindicent iure.

Si vero aliquis, filiis vel neptis, propinquis, inquietare voluerit super his nostris factis, vel contemtor voluerit esse in verbis, qualiter maledictus permaneat a Deo et eius sanctis angelis; et sit particeps Juda Domini traditoris, amen; et si quispiam tenuerit ypsam villam, sicut est consuetudo gentibus gotis, et voluerit esse contrarius in istius nostri parvi oblationis, quomodo conferat X. libras aureis in cautis a partis comitis Castelle.

Facta cartula notum die V. Idus Julias, Era TX^a, rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Garsea Fredinandiz et uxor mea Ava, qui istius parva oblatio atrio Sancti Petri fieri voluimus atque relegente cognovimus, manus proprias sygnos impressimus ☒ ☒ ², et tradimus testibus ad roborandum et confirmandum tradimus, qui et ipsi audierunt, roboraverunt.

¹ *Cranadera*, que estaba en las cercanías de Villafranca Montes de Oca; el pozo de sal, aquí mencionado, desapareció en el siglo XVIII, según cuenta Berganza (I, 271).— ² Los signos son dos cruces debajo de sus respectivos arcos.

Sancio prolix cf.—Gundissalbo similiter cf.—Domna Fronildi cf.—Rodrico Ermigildiz cf.—Munnio Godestioz cf.—Fredinando Velascoz cf.—Bermudo Monioz cf.—Gundisalbo Godestioz testis.—Didaco Scemenoz testis.—Nunu Nuniz testis.—Rodrico Telliz testis.—Abduzu testis.—Gomeso testis.

Quere alias cartas.

—*Bec.* fol. 88, col. 1; Berganza, II, 412.

CCCXXXII

18 de Mayo 1083.

DE RIO-KAVATO

In nomine sancte atque individue Trinitatis potentiam.—Ego nempe Petru Fernandez, dum cogitando trutinaverim que et quanta sunt que promittuntur in cœlis, vilescunt omnia que continentur in terris; et proinde hoc michi conplacuit ut pro remedio anime mee, ut evadam loca penalia, tibi patri nostro Sabastianus abba et omnibus fratribus habitantibus in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, trado in primis anima et corpus proprium et omne facultate mee quod abeo; una divisa in villa pernominata que appellatur *Rio-kavato*¹ cum uno solare populato in illa divisa que fuit de germano meo Garcia Fernandez; et dabo vobis ab omni integritate in fontes et in montes, in pratis et in pascuis, et in padulibus, cum exitus et regressus, ab omni integritate, pro remedio anime mee et de parentibus meis; ut de odie die de filiis aut de neptis, propinquis vel extraneis, aut aliqua subrogata persona, hunc meum votum violare temptaverit, sit a Domino maledictus et a sanctis angelis eius; et cum Juda, qui Dominum tradidit, maneat damnatus; et inferat a parte regia VI. libras aureas in cautis.

Facta carta traditionis notum die Jobis XV. Kalendas Junias, Era TCXXI.^a, rex Adefonso inperatoris in Legione et in Castella.

¹ *Riocabado de la Sierra*, en la sierra de la Demanda, partido judicial de Salas de los Infantes.

Ego Petro Fernandez, qui hanc cartula feci, et legente audivi, de manu mea signum feci, et testibus tradidi ad roborandum.

Didaco Albariz testis cf.—Albar Didaz testis cf.—Albar Gontisalbiz testis cf.—Roderico Guntisalbiz testis cf.—Vincentius abba rb. cf.—Fortunius abba rb. cf.—

Quere alias cartas.

—Bec. fol. 88, col. 3.

CCCXXXIII

21 de Marzo 1080.

DE BARBATILLO DE FERREROS

In Dei nomine.—Ego Juliana placuit miei ut pro remedio anime meę, ut evadam loca penalia, tibi patri nostro Sisebuto abbate vel omnibus abitantibus in domum Sanctorum Apostolorum Petri, locum vocitatum Karadigna, trado in primis anima et corpus proprium; deinde duas divisas: illa una divisa in Sancta Cruce; et alia divisa in *Barbatillo de Ferreros*,¹ illas divisas que fuerunt pernominatas de meo germano Fernando Fortuniz; et dabo illas ab omni integritate in fontes et in montes, in pratis et in pascuis, cum exitus et regressus, ab omni integritate, pro remedio anime meę et de meo germano Fredinando; et de odie die aliquis ex propinquis vel aliqua subrogata persona hanc meum votum violare temptaverit, sit a Domino maledictus et cum Juda traditore abeat portionem in inferno inferiore, amen; et inferat a parte regia V. libras aureas in cautis.

Facta carta traditionis die notum XII Kalendas Aprilis, Era TCXVIII.^a, regnante rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Juliana, qui hanc seedula fieri iussi, et relegendo audivi, manu propria sygnum inpressi et testibus tradidi ad roborandum.

Symeonis, gratia Dei episcopus, hic.—Fortunius abba hic.—Vincentius abba hic.—Didaco Albariz hic.—Albaro Didaz hic.—Rodrico Gundissalbiz hic.—Mantino (*sic*) Sangez hic.—

Quere alias cartas.—

—Bec. fol. 88, col. 4.

¹ *Barbadillo de Herreros*, en la sierra de la Demanda (Salas de los Infantes).

CCCXXXIV

9 de Junio 952.

DE KARADIGNA

In nomine Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi.—Domnis sanctis atque et gloriosis et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandis martyribus, quorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in cuius honore baselica fundata est in suburbio quem ferunt Vurgos, in locum quem vocitant Caradigna, ubi et ipso monasterio fundatus esse dinoscitur. Ego adclines famula vestra Eusytia, si beneficiis divinis mea compensetur oblatio, parvi penditur quod offero, que quod sumus, quod vivimus, quod que regnum prediti et rerum domini sumus, celesti largitate percepimus. Sed quia omnis oblatio pro fidei quantitate et sinceritate pensatur, non puto esse minima que magna fides Deo consecrat. Denique pro-na et spontanea michi accessit voluntas ut pro remedio anime mee, ut ante Deum mercedem recipiam, vicem de propriis facultatibus meis quod Dominus dedit seu donaverit in vita mea, argentum, raupa, rescula, id est, baccas, equas, oves et bobes, kaballos, tam mobile quam et immobile, quintam partem offero in domum Domini, quem supra memorabi in ipso monasterio vitam sanctam tenentibus vel ibidem regimine tenenti domno Stefano abbati, omnia ut iam dixi, sit concessum ecclesie et cultoribus ibidem deservientibus, perpetuo tempore in vestro vindicent iure, et ipsa serna de *Castrello de Munnio Romanez* ¹ circa prato usque ad arrogio qui venit de Karadigna; qua ex re vobis iam supradictis meis dominis sic rogo ac nimis expostulo sanctitatem vestram ut non pigritetis pro me Dominum exorare ut revocet medipsum ad viam salutis. Enim vero sic affatim vobis preco, ut quando me Dominus arcessire dignatus fuerit ex hoc mortali corpore ad suam presentiam, non pigeat vos ut corpusculum meum deferatis umandum in locum ubi quiescunt corpora fratrum, ut in die examinis, quando Dominus apparuerit cunctis manifeste ad faciendum iudicium, surgam pariter vobiscum

¹ *Castrillo del Val.*

absque reatu, ut per vestro intercessu et super suffragia beatorum apostolorum introducat me Dominus in requiem sanctorum suorum.

Si quis tamen, quod superius dixi, contra hanc scriptura testamenti ad inrumpendum venerit vel venire conaberit, aliquis homo, an filiis, aut neptis aut qualibet de propinquis, sit anathematus in conspectu Dei Patris et sanctorum apostolorum vel omnium martyrum et angelorum eius, amen; fiant anni eius in interitu, et in una generatione deleatur nomen eius qui mee oblationis cartulam sacrilega mente infringere temptaverit; et insuper inferat parti regia auri talenta quinque; et hanc scripture a me facta firmis obtineat roborem.

Facta scriptura testamenti VII. Idus Junias, Era DCCCCLXXX.^a 2, regnante serenissimo principe Ordonio in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Eusicia, qui hanc scripture testamenti a me facta relegente audiui, manu mea sygnum inpressi coram testes ✠.

Domno Fredinando comes cf.—Domna Sancia comitissa cf.—Gundissalbus cf.—Sarracenus cf.—Armentero Nuniz cf.—Sarracenus abba rb.—Vincentius abba rb.—Lopaton rb.—Santionis rb.—Rodrico Nuniz rb.

—*Bec.* fol. 89, col. 1; Berganza, II, 383, el cual no corrige el error de la fecha, adoptando la de 942.

CCCXXXV

17 de Febrero 1039.

DE SANCTI VINCENTI DE ORBANELIA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentie, Pater et Filius, videlicet, Spiritus Sanctus, qui omnia cuncta creavit, visibilia et invisibilia, ex nicilo supplevit, unus et admirabilis extans inseparabili Trinitati, cuius que regnum et imperium syne fine permanet in seculum.

² Falta un X, pues sólo así se aviene que en 952 fuesen rey de León, Ordoño III y abad de Cardena D, Esteban,

Ego denique Fredinandus, gratia Dei rex, et uxor mea Santia regina, facimus kamium quod nobis est placibile inter nos et tibi Gommessanus abba cum omni collegio fratrum sancti Petri ecclesie Karadignensis servientium; damus vobis nostro monasterio proprio cui vocitant Sancti Vincenti, qui est situm in valle *Orbanelie*, in suburbio Vurgos, concedimus vobis illum cum omnia bona sua, cum terris et vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, defensas, lignare vel pascenti et aqua vibenti, usque in flumine *Alsanzoni*:—¹ cum omni ceto monachorum dedistis nobis in Vurgos Sancti Laurenti ecclesie monasterio cum omnibus abiacentis suis, cum terris et vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, cum exitus et regressus, ab omni integritate, sicuti nobis placuit illum accipere. Et nos inspirante Dei clementia misimus illum in episcopatum ² pro remedium animabus nostris accepturi, ut de odie uel tempore de nostro iure sit abraso monasterio Sancti Vincenti cum suis decaniis et in vestra potestate sint (*sic*) stabilis; ita ut de vestro dominio sit abraso Sancti Laurenti monasterio et in nostra potestate sit concessum perpetim evo; abeamus, teneamus, vindicemus iure quieto.

Quod si aliquis homo post nostrum obitum venerit ad disrumpendum camium nostrum vel firma conscriptio, quisquis fuerit, tam regia potestas quam populus universa, in primis sit maledictus a Deo et a sanctis sangelis eius, et sit anathematus—exitus et intro regresso, in montibus et in fontes, ac omni integritate, cum quanto de illo potueritis invenire damus vobis illum cum suis decaniis, id est, in alfoze de Aslanzone monasterio cuiasserunt *Sancti Mametis* ³, qui est inter Villa-alvura et Ebeia de Campo, cum omnia sua hereditate, terras et vineas, ortis, molinis, et cum suas presas antiquas, id est, de illo monasterio Sancti Mametis usque in predicta Villa-Albura sequimini illa aqua et facite vestras presas et vestros calices

¹ El amanuense trastornó aquí la Escritura; á continuación de la palabra *Alsanzoni* debe venir *cum exitus*, etc., hasta *monasterium cum*—del párrafo siguiente, y juntar el *quod si aliquis homo...* con: *et a fide catholica*, en el mismo párrafo.—² Esta frase es la que sirvió á Berganza para decir que primitivamente la cátedra episcopal de Burgos estuvo en la iglesia de S. Lorenzo de la misma ciudad; su sentido literal no es ese, sino que el rey aneja el monasterio de San Lorenzo y sus dependencias á la mesa ó rentas de la cátedra ó dignidad episcopal de Burgos.—³ Argañiz, *Obra cit.*, VI, 326, afirma erróneamente que este monasterio estaba entre Lara y Rebilla del Campo.



absque ullo impedimento et absque ulla inquietudine, sicut ab antiquis patribus fuit determinatum et sicut velle nostrum determinat, in exitus et regressus, ab omni integritate; et in *Villa-Iriezo* alio monasterio cum terris et vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, exitus et regressus, ab omni integritate, id est, Sancti Martini. Et in *Vurgos*, in varrio de Sancti Saturnini, kasas cum suo orto, sicut nobis placuit. Et tu Gomessanus abba iam superdictum in predictum monasterium cum—et a fide catholica separatus; et a parte regiam terre reddat centum libras aureas in cautis; et alia omnia iam desuper scripta dupplata vel triplata in tali simili loca.

Facta carta conscriptionis sub die quod est sabbato XIII. Kalendas Marcias, Era TLXXVII.^a, regnantes nos iam dictos Fredinando rex cum uxor mea Sancia regina in Legione et in Castella; et ista scriptura confirmavimus, et relegendo cognovimus, manus proprie sygnos inpressimus ☩ ☩⁴.

Pelagio Fredinandez hic.—Munnio Adefonso hic.—Guttier Adefonso hic.—Gomiz Didaz hic.—Flagino Fredinandiz hic.—Munnio Fredinandiz cf.—Gomiz Gutterriz cf.—Nunnu Albariz cf.—Belasco Petriz cf.

—*Bec.* fol. 89, col. 3; Berganza, II, 419.

CCCXXXVI

○

9 de Diciembre 1050.

DE CARDENUELA

Sub divini imperii Patris, videlicet, eterni, Proles, Spiritus Sancti, unus essentialiter et trinus personaliter regnans.

Donnis sanctis, videlicet, gloriosis et post Deum fortissimis patronis venerandisque martiribus, quorum reliquie Caradigne condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore vaselica fundata est in suburbio quem ferunt Burgos, ubi et ipso monasterio fundatus fore dinoscitur. Ob id enim hæc fit series testamenti, quem texere malui ego Beila Monnioz, quorum nomina subter exarata fiunt, tibi patri meo domno Dominico abba vel omni

Estos signos representan dos cruces con hastil, debajo de dos arcos.

collegio fratrum et per hoc lateri percipere brabium æternum meruerunt. Ego enim hoc meditantem, necnon mortem repentina timente, elegi inter me pro remedio anime mee vel parentum meorum ut contribuerem vobis meam portionem, id est, in Valle de Orbanelia, in locum quem vocitant *Cardeniola*, tam in omnes quam in hereditates, tam in terris quam in vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, padulibus, in defensas, cum exitus et regressus, ad integrum, sic dono et concedo tam mobile quam et immobile, quantum resonat in ista scedula, ut possidendi vestrum sit abiturum absque nullius ymperio ex aliorum omnium, pro remedio anime mee et de parentum meorum sit vobis traditum, quemadmodum supra exaratum est.

Si quis tamen, quod fieri minime credimus, aliquis homo contra hanc nostram donationem ausus fuerit violare, Lebietanum detineatur in profundum inferni; et corpus eius non recipiat terra; insuper damna secularia, qui contentum fecerit, inferat C. auri talenta, et hanc nostram donationem firme permaneat in pace.

Facta huius cartula die notum V. Idus Decembris, Era TLXXXVIII.^a, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego vero predicti, qui hanc cartam fieri, legente audiui, manu mea roborabi.

Gomessanus episcopus rb.—Mirus episcopus rb.—Nunnu Albariz rb.—Fortuni Albariz rb.—Didaco Albariz rb.—Gundissalbo Albariz rb.—Roderico Vermudiz rb.—Garsea abba cf.—Martinus abba cf.—Salbatore abba cf.

—*Bec.* fol. 89, col. 4.

CCCXXXVII

24 de Noviembre 1059.

DE SCAPIELLA

Sub nomine trino, simpli, divino.—Hec est cartula decamiatio-
nis quam camiaverunt abbas Dominicus et abbas Sisebutus; dedit abbas Dominicus ad abbas Sisebutus uno solare cum sua ferrayne in aditu de Vurgos, in barrio quem vocitant *Scapiella*, inter ipsos domos de Sancti Petri Asilanza et Sancti Miliani de Lara; et dedit

abbas Sisegutus ad abbas Dominicus una decania iuxta fluminis Augreba, in villa quod dicitur *Villa-Teresa*, cum omnia sua hereditate et pratis, quantum pertinet, absque vineis. Et ego abba Sisebuto propter firmamentum addidi una ferragine in *Szapiella*, ex una pars, semita que discurrit sub ipsas kasas, ex ambobus Sanctus Milianus; et de secunda pars, area de *Szapiella*; et in tertia pars, ferragine de Sancti Emiliani Vergegio; et de quarta pars, palomare de domno Ihoannes presbiter.

Si quis tamen, ex odie die vel tempore, de me Sisebutus abba aut de tuos successores de tibi Dominico abba aut de meos, qui post me militaturus fuerint in Sancti Petri, vel aliquis homo qui hunc factum nostrum disrumpere voluerit aut voce in iudicio suscitaverit, fiat anathematus et condemnatus, amen; et a parte regis pariat in cauto duas libras aureas; scriptura ista firmis permaneat.

Facta carta camiationis notum die IIII. feria, VIII. Kalendas Decembris, Era TLXXXVII, regnante Fredinandus rex in Legionem et in Castella.

Et ego quoque Sisebutus abba, una cum abba Dominico, qui hanc cartam fieri iussimus, et legentem audivimus, et unum ad alterum roboravimus, et sygnos fecimus ++, et testes tradimus ad roborandum.

Symeon episcopus hic.—Vernaldus episcopus hic.—Munnionis episcopus hic.—Obbecus abba hic.—Vincentius abba hic.—Didaco Albariz cf.—Morille Didaz cf.—Garsea Ihoannes hic.

—*Bec.* fol. 90, col. 2; Berganza, II, 432.; Férotin, *Recueil des chartes de l'abbaye de Silos*, p. 13, el cual la publicó según la copia algo defectuosa de Berganza.

CCCXXXVIII

0

15 de Diciembre 1080.

DE SANCTI MARTINI DE SUB BURGOS

In Dei nomine.—Ego Melendo placuit michi et spontanea mea voluntas ut camiaarem meas casas que abeo in Sancti Martini de subtus Vurgos ¹ ad tui meo seniore Sisebuto abbate; et sunt ipsas

¹ Barrio al Poniente de la población, en el cual existía una parroquia bajo la advocación de S. Martín; se incluyó posteriormente en la ciudad al ser ésta

casas in mea ferragine propria; et sunt de tali foro que ut serviant ad quali seniore voluerint; set modo datis vos mici precium pro illas, id est, una terra; et est ipsa terra so los magguelos, de una pars vinea de Belliti Ebre, et de alia pars vinea de Didaco, et de tercia pars de domno Feles; et vineas in valle de Sancti Stefani, de una pars vinea de Matrona, de alia pars vinea de illo ebreo; quantum inter nos bene placuit; et de meos filios, qui fuerint post obitum meum, teneant illas et non abeant alio seniore nisi ad abbatem qui in Sancti Petri fuerint; et teneant illas cum tali foro sicut ego tenui, et adhuc dedistis mici alia vinea in ipso valle de una pars de Gundissalbo.

Si quis tamen, aliquis homo, de filiis aut germanis, aut sobrinis, aut qualibet homo contemtor venerit, qualiter ipsas casas dupplat reddat vel triplat; et a parte regiam inferat CCC. solidos in cautis.

Facta notum die XVIII. Kalendas Januarias, Era TCVIII^a 2, regnante rex Adefonsus in Legione et in Castella.

Ego denique Melendo, qui hanc cartam camiationis fieri iussimus, manus proprie sygnum impressimus ++, et testibus tradimus ad roborandum.

Fortunius rb.—Julianus rb.—Varones de Sancti Martyni hic roboraverunt.

Quere alias cartas.

—Bec. fol. 90, col. 3.

CCCXXXIX

1 de Mayo 939.

DE CUBIENSIS

In Dei nomine.—Ego Feles una cum coniuge mea Elduara et filiis nostris Roderico, Abolmondar et Gristillo una pariter, propria nobis accesit voluntas ut venderemus tibi Quintla abba et sociis tuis tecum in desiderio Crescentius presbiter et Elares et Vincentius,

rodeada de murallas. Quizás se refiera el texto á San Martín de la Bodega, que, según queda indicado, estaba en las cercanías de Burgos, al Occidente.—² El copista olvidó un X, pues en tal fecha Alfonso VI no reinaba aún en Castilla,

vendimus vinea et serna et fontes optimas cum suis aquis productilibus et padulibus in domum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, in locum qui dicitur *Quintana*, iusta flumen Kabiensis et suburbio Burguensis. Et accepimus de vobis terra pro terra ad X. moios seminata; et duas pelles optimas in XX. solidos, et pultrum optimum per colore vadio; ut de odie vel tempore de nostro iure abrasum et in vestro dominio confirmatum; abeatis, teneatis, vindicetis atque defendatis.

Et si aliquis ex nobis aut subrinis vel neptis aut aliqua subrogata persona hunc nostrum testamentum ad inrumpendum venerit, in primis sit confusus, et cum Juda qui Dominum vendidit partem abeat in infernum; et insuper damna secularia potestas V. libras aureis conferat a parte comitis; et hec scripta indisrupta permaneat.

Facta cartula camiationis indie Kalendas Maias, Era DCCCCLXXVII.^a, regnante rex Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Feles et uxor mea Elduara et filiis nostris, qui hanc venditionis vel camiationis fieri volumus, manus nostras sygnos fecimus, et tradimus testibus ad roborandum. + + +

Petrus presbiter hic.—Julianus presbiter hic.—Imbla hic.—Obecco Lifar hic.—Jhoannes presbiter rb.—Didacus presbiter rb.—Jabasta rb.—Scapa rb.

Quere alias cartas ad delante.

—Bec. fol. 90, col. 3.

CCCXL

5 de Mayo 989.

DE REVENDICA

In Dei nomine.—Ego Rahema placuit mici atque convenit, nullus cogentis inperio nec suadentis articulo, set spontanea mici accedit voluntas, ut pro remedio anime mee trado in cenobio Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et tibi patri meo Adefonso, id est, una vinea in locum quod vocitant *Revendica* ex propria ratione mea vel de filio meo Biboanei presbiter, qui iam exolbit debitum carnis, ut

nos abeamus in illa examinatione pro hoc factum indulgentiam, ut vos abeatis exinde in hoc evo mirabili (*sic*) subsidium; ut de odie et tempore abeatis iure perpetuo, tam in vita mea quam post obitum meum, quod quid exinde facere volueritis liberam in Dei nomine abeatis potestatem.

Si quis tamen, quod fieri minime credo, contra hunc textum ad inrumpendum venerit, sit maledictus et anathematus; et cum Juda, qui Dominum vendidit, abeat portionem in inferno inferiori, amen; et insuper damna secularia IIII. libras aureas in cautis.

Factum est hunc testamentum die notum III. Nonas Maias, Era DCCCCLXXVII.^a, rex Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Rahema, qui hanc cartula fieri volui et relegendo cognovi, manu mea sygnum inpressi ✠ coram testes ad roborandum.

Daniel hic.—Lebeca hic.—Didaco hic.—Moia rb.—Tellu rb.

Quere alias cartas ad delante.

—Bec. fol. 90, col. 4.

CCCXLI

22 de Junio 1080.

DE VILLA NUNU KEISCAR

Sub divini imperii Patris, videlicet Prolis, Spiritus Sanctus, unus esentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Ego denique Dominico Didaz et uxor mea Seemena, placuit nobis atque convenit, previdimus intra nos ut traderemus animas simul et corpora propria in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, regente ibidem Sisebuto abbate; deinde donamus vobis nostra hereditate, que abuimus in *Villa-Nunkessar* ab omni integritate; et illa serna d' *Escopiella* concedimus vobis, et uno manto arminio, et una kapa açingab, et unas spolas argenteas; damus vobis pro remedio animabus nostris et pro animabus parentum nostrorum ut sit nobis Deus adiutor in omnibus.

Si quis tamen, si aliquis homo super hunc datum nostrum contemptor venerit, sit a Domino maledictus; et insuper damna secularia conferat a parte dominus terre V. libras aureas.

Facta carta notum die X. Kalendas Julias, Era TCXVIII.^a, rex Adefonso in Legione et in Castella.

Ego Dominico Didaz et uxor mea Scemena, qui hanc cartam fieri iussimus, manus proprie sygnos impressimus coram testes ad roborandum.

Azenar Gundissalbiz rb —Gundisasalbo Sarraciniz rb.—Munnio Memez rb.—Adefonso Lopez testis.

Quere alias cartas.

—Bec. fol. 91, col. 1.

CCCXLII

1 de Diciembre 965.

VINEA DE BELLOSILLO

In Dei nomine.—Ego Munnio et uxor mea Urraka placuit nobis et vendimus tibi Lihoar de Karadigna vinea nostra propria, qui est in adito de *Bellosillo* iuxta vinea de Tota Donna, et de alia pars nostra vinea propria; et vendimus illa cum sua karrerra; et accepimus in precio quantum nobis bene placuit, id est, L.^a oves, et de ipso precio non remansit debitum pro dare.

Et si aliquis homo ausus fuerit contemnere, qualiter dupplet ipsa vinea cum XXX. solidos; et ad dominus terre conferat LX. solidos argenti in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Decembris, Era THIL.^a rex Sancius in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Munnio et uxor mea Urraka, qui hanc scripture fieri volumus et legendo audivimus, manus proprie singulos sygnos impressimus, et testis (*sic*) tradimus ad roborandum.

Garsea hic.—Argisso hic.—Gomiz testis.—Ferro testis.

—Bec. fol. 91, col. 1.

CCCXLIII

23 de Octubre 1024.

.....

In nomine trino, simplo, divino.—Hec est carta que facio ego Garsea comes tibi Juliano meo presbiter, de illa hereditate de

Sancti Juliani et Baselissa, quod est in villa que vocitant *Gundissalbo*, ab omni integritate: terras, vineas, ortos, molinis, pumiferos, fontes, montes, pratis, pascuis, ubique potueritis invenire, tibi sit donatum vel confirmatum usque in seculum viviturum, propter quod indicaverunt mici gens mea et cunctis obtimatibus meis Castelle quid est ex genere tuo et abiorum tuorum, et pro quod facis mici serbitio quod mici placibile est, et pro que non abeant parentibus meis exinde infernum.

Si quis tamen ego Garsea comes aut unus ex progenies meis, dux aut comes, aut rex, qui hunc factum donationis mee disrumperere voluerit, pariet ipsa hereditate dupplata, et insuper damna secularia; ira Dei non efugiat, et corpus eius non recipiat terra; et a parte comitis inferat IIII. libras aureas in cautis.

Facta carta donationis notum die X. Kalendas Nobembris, Era TLXII, rex Adefonsus in Legione, et Garsea comite in Castelle, qui hanc cartula confirmationis fieri iussi, manu propria sygnum impressi coram testes ad roborandum. ¹

Nunnu Gundissalbíz hic.—Sarracino Fredinandiz hic.—Belasco Fredinandiz hic.—Annaya Sonnaz hic.

—*Bec.* fol. 91, col. 3; Berganza, II, 416. Esta Escritura no parece sino confirmación, redactada en estilo más breve, de la CXIII, pues su objeto es idéntico.

CCCXLIV

1 de Junio 957.

DE VILLA-ALVILLA

In Dei nomine.—Ego Eusitia una pariter cum germana mea Maria, prona nobis accessit voluntas pro remedio animabus nostris, ut traderemus tibi patri nostro domno Recesvindo abbate vel omnibus fratribus quoabitantes in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in primis animarum simul et corpora propria; deinde ecclesia Sancti Andre cum domibus, terris, vineis, ortis, pumares, pratis, pascuis, padulibus, montes et in fontes, tam ingressu quam et regresso, maneat in potestate vestra post obitum meum.

¹ El signo representa un castillo con tres puertas.

Si vero aliquis ex germanis meis vel propinquis seu aliqua subrogata persona hunc votum nostrum violare temptaverit, sit a Domino maledictus, et inferat a parte potestatis centum solidos conferat in cautis; et hec scriptis firmis maneat per secula.

Facta carta traditionis notum die Kalendas Junias, Era DCCCCLXXXV.^a, regnante rex Ordonio in Legione, et in Castella comite Fredinando Gundissalbiz.

Ego Eusitia et germana mea Maria, qui hanc traditionem fecimus et relegendo audivimus, manus nostras sygnos expressimus, et tradimus testibus ad roborandum.

Fredinandus comes rb.—Vences rb.—Moya rb.—Sesuldus rb.—Muza testis.—Lopon testis.—Beila testis.

—*Bec.* fol. 91, col. 3.

CCCXLV

14 de Marzo 971.

DE VILLA-ALBILLA

In Dei nomine.—Ego Lopon placuit mici atque convenit ut pro remedio anime meę trado me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, seu Endura abba regente fratrum katerba; in primis trado anima et corpus proprium; deinde omni ganato meo que abeo et abere potuero quintam partem offero, et terris et vineis, ortis, pumares, molinis, tam movile quam etiam et immobile, sit concessum ab omni integritate. Et si aliquis homo contrarius venerit super hoc datum meum, sit a Domino maledictus; insuper damna secularia conferat a parte regis terre II. libras aureas.

Facta carta notum die II. Idus Marcias, Era TVIII.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Lopon qui hanc donationem fieri iussi, et legendo audiui, manu mea sygnum impressi coram testes ad roborandum.

Morellus abba hic.—Gudesteus abba hic.—Beremundus hic.—Didacus hic.—Gumiz testis.—Beila testis.—Belasco testis.

—*Bec.* fol. 91, col. 4.

CCCXLVI

1 de Enero 988.

DE VILLA-ALVILLA

O

In Dei nomine.—Ego Goto placuit mici atque convenit grato animo et bona volumptas vendo tibi Felicis abba terra in adito de villa que vocitant *Satiello*, qui est in alboce Vurgensis, ipsa terra iuxta flumen Aslanzone, et de alia pars terra de Altemiro abbate de Sancti Mikaelis: et in precio quantum inter nobis bene placuit, id est, una vinea cum suo fundus terre in adito de Villa-Albilla, que vocitant *Rekeisio*¹, in alboce de Vurgus, iuxta iter publica, est de alia pars vinea de Garedo; et uno tapete valente V. solidos argenti; unde non remansit nullum debitum apud Felicis abba. Si post odie die vel tempore ego Goto vel filiis meis aut de gens mea vel extra-neis hunc nostrum factum disrumpere voluerit, pariet ipsa terra vel triplata infra tales terminos; et ad dominus terre conferat CC. solidos argento.

Facta carta venditionis notum die Kalendas Januarias, Era TXXVI.^a, comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Goto, qui hanc cartula feci et relegendo audivi, manu mea sygnum feci coram testes.

Didaco testis.—Ruderico testis.—Ziti testis.—Annaya testis

—*Bec. fol. 92, col. 1.*

CCCXLVII

1 de Febrero 947.

DE VILLA ALBILLA

In Dei nomine et individue Trinitatis.—Hoc est profiliationis vel testamentum quem facere decrevimus ego Munnio et uxor mea Flores; pro remedio anime nostre tradimus in atrium Sancti Andre apostoli et Sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Sancte Eugenie et Sancte Eufemie virginis et tibi Felix presbiter; facimus tibi profiliationem vel testamentum de omnia essentia nostra, terras,

¹ Hoy es la granja de *Requejo*, entre Burgos y el barrio de Villalonquejar.

vineas, molinos, ortos, domos, armenta, vestimenta, tam mobile quam et inmovile, quod ganavimus vel ganare potuerimus in hoc seculo, ut post nostrum obitum sit tibi concessum tam tibi Felix presbiter vel qui ex genere tuo fuerit.

Si quis aliquis homo hunc factum nostrum aliqua subrogata persona venyre temptaverit, in primis confusus sit et a Domino maledictus, amen; et desuper veniet, pariet a parte regis C. solidos conferat in cautis; et scripture hanc plena abeat firmitatem.

Facta carta profiliationem Kalendas Februarias, Era DCCCCLXXXV.^a, regnante rex Ranimirus in Legione, et filio eius Sancioni in Castella.

Ego Munnio et uxor mea Flores, qui hanc cartula fecimus et relegendo cognovimus, manus proprie sygnum impressimus ++ coram testes ad roborandum.

Stefanus rb.—Didaco rb.—Sarracini rb.—Lopon testis.—Felix testis.—Juliano testis.

—*Bec.* fol. 92, col. 1; Berganza, II, 391.

CCCXLVIII

23 de Marzo 996?

DE VILLA-ALBILLA

In Dei nomine.—Ego Sanzo et uxor mea Tota Duenna tibi patri nostro Felix abba vel omni collegio in Sancti Andre Apostoli, et pro remedio anime nostre tradimus omnia facultate nostra, terras, vineas, ortos, molinos et omni ganato nostro, quecumque augmentare potuerimus concedimus vobis ab omni integritate.

Si quis aliquis homo hanc donationem nostram ad inrumpendum venerit, qualiter ipsa hereditate reddat in duplis et ad dominus terre inferat CC. solidos argenti.

Facta carta die notum X. Kalendas Aprilis, Era TXXXIII.^a, rex Sancio ¹ in Legione, et comite Garsea in Castella.

¹ Esta fecha está equivocada, pues en 996 ni Sancho era rey de León, ni García conde de Castilla, ni puede asignarse año alguno en que gobernasen á León y Castilla soberanos de este nombre. Tota Duenna, mencionada en el texto vivía ya en 965, como se ve por la Escritura CCCXLII.

Ego Sanzo et uxor mea Tota Duenna, qui hanc donationem fieri iussimus, mauus-proprie sygnos expressimus ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

Fortuni testis.—Nunnu testis.—Belasco testis.—Annaya rb.

—Bec. fol. 92, col. 2.

CCCXLIX

1 de Enero 1017.

DE VILLA-ALBILLA

In Dei nomine.—Ego Filoria una cum filiis meis Munnio et Filoria et Maria, placuit nobis et vendimus tibi Maria proprio nostro orto que abuimus in *Villa-Albilla* iusta orto de Duenno; et de alia pars orto de Luppe; et in precio quantum nobis bene placuit, id est, V. solidos argenti; et de ipso precio non remansit nullo debitum; abeas, teneas iure quieto.

Et si aliquis homo de filiis aut neptis, propinquis vel extraneis, hunc factum nostrum disrumpere voluerit, qualiter ipso orto reddat in dupplis, et ad regis terre inferat C. solidos in cautis; et scriptura ista plenam abeat firmitatem.

Facta scriptura venditionis notum die Kalendas Januarias, Era TLV, regnante Adefonso rex in Legione, et comite Sancio in Castella.

Ego Filoria cum filiis meis, qui hanc scedula fieri iussimus et relegendo audivimus, manus proprie sygnos inpressimus ✠ ✠ coram testes ad roborandum.

Gundissalbo hic.—Julianus hic.—Floridio hic.—Gomiz hic.

—Bec. fol. 92, col. 3.

CCCL

1 de Noviembre 950.

DE VILLA-ALVILLA

In Dei nomine.—Ego Belaza placuit mici et spontanea mea voluntas et pro remedio anime mee sic trado me in domum Sancti Andre Apostoli, et tibi patri meo Felix abba kasas, terras, vineas, molinis, vestimenta, armenta, tam mobile quam et immobile, que

ganabi et ganare potuero, sit concessum ab omni integritate post obitum meum.

Si quis tamen aliquis homo hanc traditione contemtor venerit, sit a Domino maledictus et cum Juda, qui Dominum vendidit, abeat portionem in inferno inferiori; et ipsa hereditate dupplata; et ad dominus terre conferat C. solidos in cautis.

Facta carta notum die Kalendas Nobembris, Era CCCCCLXXXVIII.^a, rex Ranimirus in Obeco, et Sancio prolis in Vurgos.

Ego Belaza, qui hanc cartula feci et legente audivi, manu mea sygnum feci coram testes.

Sarraceno hic.—Fredinando hic.—Aldemiro hic.—Zisla testis.—Munnio testis.—Gondosalbo testis.

—Bec. fol 92, col. 3.

CCCLI

27 de Junio 950.

DE VILLA-ALVILLA

In Dei nomine.—Ego Urraka et filia mea Monina una pariter facimus tibi Feles Velendez profiliatione vel traditione ad ecclesie Sancti Andre apostoli de omnia nostra hereditate pro remedio anime nostre, id est, terras, vineas, ortos, molinos et de omni nostro ganato concedimus ab omni integritate.

Si quis tamen si aliquis homo hunc factum nostrum contemtor venerit, qualiter dupplet ipsa hereditate vel triplata; et ad regiam terre inferat C. solidos argenti.

Facta carta notum die V. Kalendas Julias, Era DCCCCLXXXVIII.^a, rex Ranimirus in Obeto, et Sancio prolis in Vurgos.

Ego Urhana (*sic*) et Monnina, qui hanc scedula fecimus et rele-gendo cognovimus, manus nostras singulos sygnos expressimus, et tradimus testibus ad roborandum.

Sarracino testis.—Munnio testis.—Rodanio testis.—Obeco testis.—Armentario rb.—Beila rb.

—Bec. fol. 92, col. 4.

CCCLII

24 de Abril 1006.

DE VILLA-ALVILLA

In Dei nomine.—Ego Belliti presbiter placuit mici ut pro remedio anime mee trado me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Caradigna, et tibi Patri meo Didacus abba; in primis trado anima et corpus proprium; deinde proprias casas, terras, vineas, ortos, molinos, tam mobile quam etiam et immobile, sic concedo ab omni integritate.

Si quis aliquis homo hanc traditionem contemtor venerit, sit a Domino maledictus et cum Juda, qui Dominum tradidit, abeat partem in inferno inferiori; et ypsa hereditate duplata vel triplata in simili tali loco; et a parte regis terre centum solidos inferat in cautis.

Facta carta notum die VIII. Kalendas Maias, Era TXXXXIII.^a, rex Adefonso in Legione, et comite Sancio in Castella.

Ego Belliti, qui hanc scedula feci et legendo audiui, manu propria sygnum feci ✠, coram testes tradidi ad roborandum.

Serbus Dei hic.—Feles hic.—Guttier testis.—Jhoannes testis.

—*Bec. fol. 92, col. 4.*

CCCLIII

1 de Febrero 950.

DE VILLA-ALVILLA

In Dei nomine.—Ego Ositia placuit mici et spontanea mea voluntate sic facio proffiliatione cum tibi Maria sororem in mea ratione que abui diviso de meos parentes in domos, in terras, et in vineas, in ortales, in kasares, et in pumares, in rigus, in molinos, in linares et in exitus et regresso, in quantum potueritis invenire de mea ratione sic concedo ab omni integritate ecclesie Sancti Andre apostoli et tibi abbatissa domna Maria, post obitum meum et pro remedio anime mee. Et super hoc datum meum aliquis homo contrarius venerit, qualiter ipsas casas cum sua hereditate reddat in

dupplis; et ad dominus terre inferat CC. solidos argenti in cautis; et hec scriptura ista plenam abeat firmitatem in concilio de Villa Albilla.

Facta carta profiliationis die notum ipsas Kalendas Februarias, Era DCCCCLXXXVIII.^a, regnante rex Ranimiro in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castella.

Ego Ositia, qui hanc scedula fieri iussi et relegendo audivi, manu propria sygnum inpressi coram testes ad roborandum: ✕.

Cite hic.—Manne hic.—Dato hic.—Mutarra hic testis.—Bermudo testis.—Ferru testis.—

Quere alias cartas addelante.

—Bec. fol. 93, col. 1; Berganza, II, 394.

CCCLIV

31 de Enero 1023.

DE ATILO

In Dei nomine.—Ego Zite Ferriole per spontonea mea voluntas, ut vendo tibi domna Vita propria nostra vinea, que est in aditus de villa quod dicitur *Scopella*, iusta vinea de Gundissalbo, et de alia pars de domna Oro, et in tercia pars terra de Enneco; et in precio quantum inter nobis bene placuit, id est, LXX. solidos argenti: et de ipso precio non remansit nullo debitum; abeatis, teneatis, vindicetis usque in seculum. Et si aliquis homo ad iudicium venerit compulsare, qualiter ipsa vinea reddat in dupplis; et ad dominus terre inferat centum solidos in cautis.

Facta carta venditionis vel comparationis notum die II. Kalendas Februarias, Era TLXI.^a rex Adefonsus in Legione, et comite Garsea Fredinandiz in Castella.

Ego Zite Ferriole, qui hanc scedula fieri iussi et relegendo cognovi, manu propria sygnum inpressi, coram testes tradimus ad roborandum: ✕.

Gundissalbo hic.—Nunno hic.—Endura hic.—Falcone rb.—Sempronio rb.—

—Bec. fol 93, col. 2.

CCCLV

DE CARADIGNA

La misma que el núm. CXXVIII.

CCCLVI

1 de Noviembre 1056-1065.

DE CARADIGNA

In Dei nomine.—Ego Jhoannes et uxor mea Aria vendimus tibi Sisebutus abba et ad fratres tuos uno agro in valle de *Agusine* in vestra defessa, iusta agrum de Petro Fanez, et in sumitate de ipsum agrum alium agrum de Jhoannes de Salguero; et in precio quantum inter nobis bene placuit, id est, XVII. solidos argenti; et in precio non remansit nullo debitum pro dare.

Si quis aliquis homo hunc factum ad inrumpendum violare temptaverit, aut iudicium compulsaverit, in primis sit a Domino maledictus, et insuper damna secularia conferat centum solidos in cautis.

Facta carta venditionis notum diem Kalendas Nobembris, Era TXXXVI¹, regnante rex Fredinando in Legione et in Castella.

Ego Jhoannes, qui hanc cartula feci et legendo audiui, manu propria signum feci ✠ ✠, coram testes tradidi ad roborandum.

Munnio testis. — Dominico Belascoz testis. — Jhoannis testis. — Sancio testis.

—*Bec.* fol. 93, col. 3.

CCCLVII

Año 922.

DE CAVIA

In Dei nomine.—Ego Urraca et filia mea Munnoza tradimus nos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et tibi patri nostro

¹ Fecha equivocada, pues el abad Sisebuto de Cardena, á quien se hace la presente donación, no comenzó á gobernar sino en 1056. La verdadera fecha fluctúa entre este año y el de 1065 en que murió Fernando I.

Sisebuto ¹ abbati et omni collegio fratrum: in primis tradimus animas et corpora; deinde in villa que nuncupant *Cavia*, que est sita in alfoz de Munno, proprias nostros domos iusta ecclesia Sancti Petri cum omni nostra hereditate, tam mobile quam et immobile, et cum ortis et cum pratis, et cum arboribus et cum duas vineas in vale que dicunt de Remellados, ab omni integritate; ut de hodie et deinceps sit in vestro iure.

Si quis tamen, si aliquis homo hunc nostrum factum disrumpere voluerit, in primis iram Dei abeat; in cauto regi terre inferat XL. libras auri.

Facta carta die dominico; regnante rex Ramiro in Legione, Era DCCCCLX ².

Gomez Obeco testis.—Feles Melendez testis.—Endura testis.

Zuleman scripsit.

—*Bec.* fol. 93, col. 3.

CCCLVIII

21 de Marzo 1078.

DE PRATO DE CASARES

In Christi nomine et ejus gratia.

Ego Ariolfus Guttierrez, frater Ziti Guttierrez, propter amorem Dei et pro remedio anime mee sic dono et concedo a vobis fratribus Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum regimine tenet Sisebutus abba, locum vocitatum Kara maximeque digna; in primis trado anima et corpus; deinde in villa que nuncupat *Mazuelo*, que est sita in alfoz de Munno, dono et concedo illud pratum quod dicunt de Casares, que habui de mea particione de meo germano Zitin Gutierrez, et ex una parte es illud arroio que currit de Arnielas ¹, et pergit ad Mazuelo; et ex alia parte, illos pratos qui sunt de Quintana-seca, et ex alia parte ipsa hereditate Sancti Petri Caradigne, qui fuit de meo germano Zithi Gutierrez, et ex alia parte

¹ Nombre trastrocado, pues en el año de la fecha y siguientes el abad de Cardeña se llamaba Pedro.— ² En esta Era no reinaba en León Ramiro II, sino Ordoño II.— ³ *Arenillas de Muñó*, cercana á Mazuelo, y de su ayuntamiento.

hereditates ipsius ville: sic trado illud pro remedio anime mee ut de hodie et de inceptis sit in vestro iure.

Si quis sane, quod absit, hanc meam tradicionem aliquis ausus fuerit violare aut disrumpere aut aliqua contrarietate facere, an ego aut subrinis meis seu aliqua potestas huius seculi vel rogata persona, sit maledictus et in primis iram Dei Patris omnipotentis descendat super eum, et cum Juda traditore habeat participium in inferno inferiori, amen; et ipsum pratum vel melioratum in simili loco restituat.

Facta carta traditionis notum diem dominico XII. Kalendas Aprilis, Era TCXVI, regnante rex Aldefonsus et in Spania et in Legione.

Ego Ariolfus Guttierrez, qui hanc cartula feci et legente audiui, manu mea signum feci ☒ et roboravi coram tibi abbate Sisebuto patri meo, vel coram testibus, qui et ipsi signos fecerunt et roboraverunt.

Didaco Albariz testis.—Alvar Gonsalviz testis.—Alvar Didaz testis.—Abbas Fortunius testis.—Symeonis, episcopus Dei gratia, testis.—Martin Sanchez testis.—Fredinando Sanchez testis.—Abbas Obeco testis.—Abbas Vincencio testis.

Dominico Sabastianez scripsit.

CCCLIX

13 de Septiembre 1069.

.....

Santius, gratia Dei rex, Deum timendo et paradissum inquirendo atque inferno evadendo, facio tibi patri meo Sisebuto abba una cum collegio fratrum qui habitant tecum in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Karadigna, confirmationem de illas populationes quod inquoaistis facere in diebus patris mei Fredinandus rex, scilicet, in *Vurgos*, in *Sciapella*, vestro monasterio, et in *Villa de Gundissalbo* similiter vestro monasterio Sancti Juliani et in Sancti Andrés de Villa Manapa, ita et in *Sancti Martini de Metua* similiter ita liceat quoque abere licentiam populandi ubicumque potueritis in vestris monasteriis; tamen vero non

de meos homines et de meas villas sed de homines... ¹ et de alias villas et andecumque potueritis habeto ingenium populandi.

Si quis tamen, quod fieri minime credo, ut aliquis homo, qui hanc meam donationem ausus fuerit violare vel disrumpere, sit ipsum anathematum in conspectu Dei Patris omnipotentis et sanctorum angelorum eius; et non abeat partem cum Christo regnatore set cum Juda Domini traditore in inferno inferiore, amen.

Facta carta donationis vel confirmationis notum diem Idus Septembris, Era TCVII.^a regnante ego Sancius rex in Castella et in omnibus finibus eius.

Ego denique iam supradictus Sancius rex, qui sedula ista fieri iussi, manu propria sygnum inieci ✠ ².

Didacus testis.—Albarus testis.—Flaginus testis.—Jhoannes testis.—Gundissalbo rb.—Vermudus rb.—Feles rb.—Munnio rb.—

Quere alias cartas in antea.

—Bec. fol. 94, col. 1; Berganza, II, 436.

CCCLX

29 de Abril 950.

DE CANALELIA

In Dei nomine.—Ego Fredinando et Tellu placuit nobis ut trademus nosmetipsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Caradigna; in primis tradimus animarum simul et corpora; deinde nostram quintam partem, terras, vineas que abuit comparatas, una de domna Alba de Vurgos, et alia de Mer Munnio in Kanaleggia, ortis, pumares, molinos, tam mobile quam etiam et immobile, concedimus tibi patri nostro domno Stefano abbati vel omnibus fratribus, qui militant Deo in sancto cenobio.

Si vero, quod absit, hoc nostrum votum aliquis homo enerbare nisus fuerit, in duplum restituat vobis hec omnia, simulque inferat a parte regia C. solidos.

¹ Borrado en el Becerro; Berganza pone *excosos*.— ² El signo real representa un castillo de tres torres, con una cruz en la del medio.

Factum est hoc testamentum IIII. Kalendas Maias, Era DCCCCLXXXVIII.^a, regnante principe Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbo in Castella.

Ego Fredinando et Tellu, qui hanc scriptam curavimus facere, manibus nostris propriis singulos ✕ ✕ sygnos impressimus coram testes ad roborandum + +.

Julianus episcopus testis.—Domno Feles testis.—Belasco testis.—Morellus testis.

—*Bec.* fol. 94, col. 1.

CCCLXI

26 de Diciembre 943.

DE TERMINU DE FONTES DE SACRAMENIA

Sub divini imperii Patris, videlicet, eterni, Proles, Spiritus Sanctus, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Dominis sanctis, videlicet, atque gloriosis et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandis martiribus, eorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in eorum honore baselica fundata est in suburbio quem ferunt Vurgos, in locum quem nuncupant Karadigna, ubi et ipso monasterio fundatus fore dinoscitur. Ob id enim hec fit series testamenti quem texere maluimus ego Assur Fredinandiz comes et uxor mea Guntroda cum filiis nostris, eorum nomina subter exarata fiunt, tibi patri nostro donmo Cipriano abba vel omni collegio fratrum lateri aderentium tuo in Karadigna. Dum divinitatis ordo in nos trutinando que quantave prestiterit Dominus servis suis et eius qui pro eius nomine agonizando hostes suos prostraverunt, et quomodo in folas mundi et eius gloria speverunt, et per hoc brabium eternum percipere meruerunt; nos denique hoc tractantes nec non repentina mortem timentes, previdimus inter nos pro remedium animabus nostris ut contribuere vobis locum pro subsidio fratrum iuxta terra de Montelió, id est, fontem quem nuncupant *Aderata*¹, in termino de *Sacramenia*,² ex parte de Ordiales, sicut discurrunt aquas ad Sacrameniam, et de

¹ *Adrada*.—² *Sacramenia*, pueblo del partido judicial de Cuéllar (Segovia). Cf. Fuentes., II, p. 37.

bia de Rubiales ³, et de alia parte quem dicunt Castro de fratres pro alendis universorum gregum vestrorum. Qua ex re notum vobis facio, iam supradictis meis domnis, ut istum locum cum suis terminis sic dono atque concedo vobis ut in eternum possideatis cunctum, sic in vita mea quam et post obitum meum maneat in vestra potestate et subdita fiat semper de ipso cenobio quod vocatur Caradigna, vel qui ibidem abitaverint domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli; enim vero ipsum locum iam supradictum sit a parte de meo comdato vel in iure de ipsis castellis qui in circuitu eius sunt, id est, unum Penna fidele et atterum Sacramenia; et accepimus a vobis in honore duos kaballos cum sella, quattuor centas obelias seu et panno de algupa, et alium caballum colore morcello ad sayone pernomitato Hanne Obecoz qui consygnavit ipsa fons cum suos terminos.

Omnia autem, ut iam diximus, sit concessum ecclesie vestre ipsum locum supra taxatum ex (*sic*) cultoribus ibidem deservientibus perpetuo tempore in vestro vindicent iure, ut de odie tempore et die in vestro arbitrio maneat.

Si quis tamen, quod fieri prorsus credimus, an nos aut filiis vel neptis seu aliquis ex sucessoribus nostris vel posterioribus, hunc nostrum pretextum seu donationem vel confirmatione violare ausus fuerit aut disrumpere, fiat a Domino nequiter punius et corpus eius maneat seclusus, et cum Leviatan detineatur fundo baratri assurus, eternasque penas sit luiturus cum Juda, qui Dominum vendidit; insuper secularia damna sit afflictus, et post regiam partem centum auri talenda inferat vestris obtutibus; et post hec firmis et stabilis maneat hunc nostrum testamentum.

Notum die [VII] Kalendas Januarias, in die Sancti Stefani levite et martyris, et sic nobis complacuit... in ipsius honore basilicam constructa est in eodem loco.

Factum est autem hanc testamentum sub Era DCCCCLXXXI.^a, regnante rex Ranimiro in Obeto et in Legione, et comite Assur Fredinandiz in Montson.

Ego Assur Fredinandiz comes, qui hanc testamentum fieri iussi, manu propria sygnum inpressi coram testes ✕⁴.

³ San Martín de Rubiales, en el partido de Roa (Burgos).— ⁴ El signo representa una cruz delante de un castillo de tres torres.

Fredinando Assuriz testis.—Obeco Assuriz testis.—Munnio Assuriz testis.—Osorio Munnioz testis.—Obecus episcopus cf.—Dulcidius episcopus cf.—Salomoni episcopus cf.—Guttier Assuriz rb.—Gundisalbo Assuriz rb.—Obeco rb.—Sancius rb.—

—*Bec.* fol. 94, col. 2; Berganza, II, 385, publicó una redacción de la misma escritura, algo diferente de ésta, siguiendo el documento original.

CCCLXII

15 de Agosto 949.

DE SANCTA MARIA DE RABE .

In nomine sancte atque individue Trinitatis.—Vobis domnis gloriosissimis nobisque post Deum fortissimis patronis venerandis sancte Marie Virgines et Sancti Martyni sive Sancti Jhoannis, quorum basilice fundate sunt in ripa de ribulis quem ferunt nomine Aslanzon et alium Ulber, locum nominatum *Rabe*¹. Ego Veremundus et uxor² mea Passarella sive frater Montanus presbiter, licet primordia operum que Deo inspirante in mente gignitur iustitie operibus deputetur, tamen ea qui maiori culto et potiori crescunt in voto, ampliori remuneratione expectatur in premio. Digne igitur iam spei vota que in domo ecclia mansionum multarum conlocat, qui domum eccliesie sue restaurat vel in melius construere provocat; set quia Dei sunt omnia et que de manu eius accepimus, parva ex multis illi offerimus, ideo ausu litamus sanctis altaribus vestris ubi condite requiescunt sanctorum ac venerabilium apostolorum Petri et Pauli martirum a cunctis fidelibus vocitatum Cara maximeque digna, pro sustentatione monachorum in domo vestra degentium vel cunctorum ibidem advenientium: in primis ipsum locum advenientium, ubi vaselicas sanctas site sunt cum omnibus adiacentiis vel prestationibus, domibus, terris, vineis, ortis, molinis, pratis, padulibus cum suis productilibus aquis, cuncta omnia nostra tam mobile quam etiam et immobile ab integro concedimus. Igitur hec obtime censemus (*sic*) manere hoc votum eccliesie quam et omnem nostram ibidem concedimus donationem tibi patri nostro domno Stefanus

¹ *Rabé de las Calzadas*, al Poniente de Burgos, en el antiguo camino de Santiago.— ² Después la llama *soror*.

abba seu aliis sociis qui militant in sancto cenobio iam supra taxatum, obtamus etiam eos qui post obitum nostrum fuerint de nostris oblationibus cunctis quibus placere studuimus Deo nullus auferre, nullus emutilare presummat.

Quisquis verò, quod absit, ad inrumpendum temerario ex meis propinquis aut extraneis venire niterit contra hunc votum nostrum, sit anathematus in conspectu Dei Patris Omnipotentis et sanctorum angelorum eius; sit exors ab omni cetu christianorum et duplam confusionem ab Spiritu Sancto non careat, vibensque suis a fronte careat lucernis, postque picea non evadat baratri penam et in futuro iudicio reus existat. Idem obsecro vobis presentibus et futuris ut pro non desistatis, qualiter adiuti orationibus sanctis, mereamur quantotius adipisci quod diu expectamus.

Factum et confirmatum est hoc testamentum notum die XVIII. Kalendas Septembris, Era DCCCCLXXXVII.^a, regnante principe domno Ranimiro in Obeto, et comite Fredinando Gundissalbo in Castella.

Ego Veremundus et soror mea Pasarella et frater Montano presbiter, qui hoc testamentum fieri volumus et relegendo cognovimus, manus nostras singulos expressimus signos ✕, et tradimus testibus ad roborandum.

Fredinandus comes rb.—Domna Sancia comitissa rb.—Sancius prolis ipsorum rb.—Munnio Hanniz testis.—Garsea testis.—Didaco Munnioz testis.—Munnio Didaci testis.—Hanni Munnioz testis.—Gaudesteus cf.—Cisla Munnioz cf.

—Bec. fol. 94, col. 4.

CCCLXIII

1 de Enero 964.

DE SANCTI JULIANI DE MONTE

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unus essentialiter et trinus personaliter regnans, amen.

Domnis Sanctis videlicet atque gloriosis, et post Deum nobis fortissimis patronis, venerandis martyribus, quorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in eorum

honore baselica fundata est in alfoze Auka, quem nuncupant *Sancti Juliani de Veçares*, ubi et ipso monasterio fundatus fore dinoscitur. Ob id enim hec fit series testamenti quem texere maluimus ego Fredinando Gundissalboz, quorum nomina subter exarata fiunt, tibi patri meo domno Loppe abbate vel omni collegio fratrum lateri aderentium tuo in Sancti Juliani de Veçares. Dum divinitatis ordo in nos trutinando ruminaremus que quantave prestiterit Dominus servis suis, et eius, qui pro eius nomine agonizando, hostes suos prostraverunt, et quomodo infolas mundi et eius gloria spreverunt et per hoc brabium eternum percipere meruerunt. Ego denique hoc tractante, necnon repentina motem timentis, previdi inter me pro remedio anime męę ut contribueren vobis locum pro subsidio fratrum iuxta terminum de Urrezti ¹, terminum defensa propria ad honorem ecclesię Sancti Juliani et Basselisse et tibi patri meo Loppe abbati, id est, sic dono et confirmo ego Fredinando Gundissalboz, id est, de portillo de Balle-longa usque exit in campo de Serratillas, et deinde vadit ad via qui discurrit de lombo et venit ipsa karrera iusta Otero Dorquiti, et exit ad illas Penniellas; illa defesa vel illo monte dabo et corfirmo ab omni integritate.

Ego Fredinando Gundissalbiz sic pono foro super ipsa defesa si aliquis homo venerit in illo monte syne iussione abbati pascere aut ligna taliare, sic pono tali foro vel cauto per uno bobe prenda uno karnero, per kaballo II. arcs, per mulo II. arcs, per ecua II. arcs, per asino II. arcs, per oves de quinque oves uno karnero, et de quinque kapras uno kaprone prenda, et de agnus similiter; et de bezçerros per uno beçerro arcs (*sic*), et qui albore occiderit V. solidos, aut rama cortare V. solidos pendat et per una façe de ligna I. solido, et per asyno kargato de ligna II. solidos; et si invenerit ibi karro, bobes et karro et illos custos despoliatos portent ad monasterio, et lorza aut lepre vel apalias, que in illo intraverit, nullus homo ausus non sedeat per ibi intrare in illo monte nisi solus qui iussionem abbatem de regula de Sancti Juliani; et illos montes per ligna taggare aut pascere aut materia ad laborandum aut de rompere illos montes qui sunt in terminos de Urrezti et de Breba ² et de Kaprera ³,

¹ *Urrez*, villa del partido judicial de Burgos, en las montañas de Juarros.—

² *Briebe Juarros*, aldea del ayuntamiento de San Adrián de Juarros.— ³ Este lugar no existe ya; estaba situado á orillas del Arlanzón, cerca de Villasur de Herreros,

tale portionem abeat regula de Sancti Juliani sicut illos de ipsas villas in totos illos montes.

Ego Fredinando Gundissalbiz accepi in honore de tibi Loppe abbate, id est, uno kaballo roseo per colore cum sella et cum freno balente CC. solidos argenti.

Et si aliquis homo hanc donationem meam, reges vel potestas aut universus populus contrarius venerit, sit a Domino maledictus, et cum Juda qui Dominum vendidit, abeat portionem in inferno inferiori, amen; et inferat ad dominus terre quingentas libras aureas.

Facta carta notum die Kalendas Januarias, Era TII.^a, regnante rex Sacius (*sic*) in Legione, et comite Fredinando Gundissalbiz in Castilla.

Ego Fredinando Gundissalboz, qui hanc testamentum meum fieri iussi et relegendo cognovi, manu propria sygnum impressi, et testes tradidi ad roborandum.

Gundissalbo Telliz hic rb.—Fredinando Munnioz hic rb.—Gau-desteus Rodriz hic rb.—Orbitta Didaz hic rb.—Anaya Godestioz hic rb.—Gomiz Didaz hic rb.

Ego Loppe, gratia Dei abbati, ut pro remedio anime mee trado me in domum Sancti Juliane et Baselisse; deinde omnia mea hereditate que oboeo, terras et vineas, oves et bobes, tam mobile quam et immobile, sic concedo ab omni integritate.

Ego Teresa trado me in domum Sancti Juliani ut pro remedio anime mee, id est, terras que abui in villa que dicitur *Kaprera*, in terminunt (*sic*) quod dicent latrero, et alia terra qui dicent lacuna, et alia terra qui dicitur abenare, et una vice de molino in illo molino de *Kaprera* qui est fundato in *Villa-ferreros*, in rivulo de Aslanzone, ab omni integritate.

Ego Gomiz pro remedio anime mee sic trado ad atrio Sancti Juliani et Baselissa, id est, et tibi Enneco abba mea vice de molino in rivulo de Aslanzone, et cum meas terras ab omni integritate in villa *Kaprera*; manu mea raborabi.

Ego Galindo sic trado me in domum Sancti Juliani, et pro remedio anime me in *Kaprera*, in rivulo de Aslanzone, id est, tertia vice in molino ab omni integritate; manu mea roborabi.

Ego Orbitta presbiter sic trado me in domum Sancti Juliani et Baselissa et tibi Enneco abba, et pro remedio anime mee in territorio

de *Villa-Todredo* duas vineas, illa una vinea qui dicent de lacuna
latus vinea de Sancti Petri de Karadigna, et alia vinea qui dicent
de la almuzara ab omni integritate.

Et si aliquis homo contemtor venerit, pariet ad dominus terre IIII,
libras aureas in cautis.

Era TXL.^a,⁴ Garsea Fredinando in Castella. Ego Orbitta signum
feci ✠, et roborabi.—Ziti et Belliti roborant.

Ego Gundissalbo Feles pro remedio anime mee trado me in
domum Sancti Juliani et Baselissa, id est, una vinea que abui in
Fonte-tuela ab omni integritate; et si contemtor venerit aliquis
homo, pariet ad homines terre II. libras aureas. Comite Garsea in
Castella, Era TLXXX⁵.

Ego Gundissalbo manu propria sygnum ✠ feci, rb.—Ziti et Be-
lliti testes.

Ego Garsea Obecoz, et uxor mea Onneca, tradimus nos pro re-
medio animarum nostrarum in domum Sanctorum Juliani et Base-
lissa et tibi patri nostro Scemeno abba; et concedimus nostras vi-
neas proprias que abuimus in teritorio de *Saldania*, in valle Sancti
Petri, ab omni integritate; et iudicium compulsaverit aliquis homo,
pariet ad dominus terre III. libras aureis in cautis.—Comite Gar-
sea in Castella, Era TXXX.

Ego Garsea et uxor mea Onneca manus proprie sygnos impres-
simus ✠ ✠, et roboravimus.

Citi et Belliti roborant.

Ego Sanggo Belasquez pro remedio anime mee trado me in
domum Sanctorum Juliani et Baselissa et tibi Enneco abba, id est,
in illo molino de villa *Urrezti* una vice concedo ab omni integritate.

Et si aliquis homo contemtor venerit, pariet ad dominus terre LX.
solidos in cauto.

Facta carta in Era TCI⁶, rex Adefonso in Legione.

Ziti et Belliti roboraut.

—*Bec.* fols. 95 y 96, col. 2; Berganza, II, 401, publicó las dos primeras
de estas escrituras.

⁴ Debe ser sólo Era TX ó TXV. año 972 ó 977, en que gobernaba Garci Fer-
nández.—⁵ En esta fecha debe sobrar la L.—⁶ Según apuntaba el antiguo *Libro*
de Tablas, la verdadera fecha es Era TLI, en que efectivamente reinaba Alfon-
so V. de León.

—Munnio hic.—Sanzo hic.—Galindo hic.—Dominico hic.—Garsea hic.—Belasco hic.—Pascual hic.—alio Munnio hic.

In manus de Belasco presbiter roborant.

—Bec. fol. 96, col. 2.

CCCLXV

26 de Abril 1085.

DE ECCESIE DE FURONES

Sub Christi nomine.—Ego domna Gontroda liventi animo et spontanea mici accessit voluntas ut traderem me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna, et tibi patri spirituali Sebastiano abbati; in primis trado anima et corpus; deinde meo monasterio proprio que feci in mea hereditate que abui de meis parentis, trado eum cum terris et vineis, ortis, pumiferos, molinis, pratis, pascuis, padulibus, in montes et in fontes, in exitus, intro et regresso et omnia quantum que pertinet ad ipsa ecclesie Sancte Marię, quod est fundata in villa quem dicunt *Furones* et in varrio pernominato Valverde, concedo eum ab omni integritate. Et in villa quem nuncupant subtus Vurgos *Sancti Martini*, meas casas proprias cum terris et vineis, ortis, molinis, cum exitus et regressus, ab omni integritate; et in *Villa Otrico*¹ meos palatios proprios cum terris, vineis, ortis, molinis, pratis, pascuis, padulibus, defesas, montes, et in fontes, in exitus et regressus, et omnia quantum que potueritis invenire ab omni integritate; abeat, teneatis, vindicetis usque in perpetuum abiturum post obitum meum.

Si quis aliquis homo, an ego aut germanis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, hunc meum datum inrumpere venerit, sit a Domino maledictus et cum Juda, qui Dominum vendidit, abeat participium in inferno inferiore, amen; et insuper damna secularia inferat a parte dominus terre XXX. libras ex purissimo auro in cautis; et scriptura ista firmis abeat testamentum.

Facta carta donationis die notum VI. Kalendas Maias, Era TCXXIII.^a

¹ Quizás corresponda á Villamorico, no lejos de Arlanzón.

Ego Gontroda, qui hanc traditionem fieri iussi et relegendo auidi, manu propria sygnum inpressi. et testes tradidi ad roborandum ✠.

Rex Adefonsus in Legione et in Castella.—Obecus abba hic rb.—Fortunius abba hic rb.—Didaco Albariz hic rb.—Gundissalbo Albariz hic rb.—Albaro Gundissalbiz hic rb.—Dominico Didaz hic rb.—Petru Jhoannes hic rb.—Gundissalbo Sarraciniz hic rb.

—*Bec.* fol. 96, col. 3; Berganza, II, 448.

CCCLXVI

1 de Mayo 1085.

CARTA DE SANCTA MARIA DE ASTURIAS ET DE SANCTI TIRSI ET DE KAHORNICA ET DE AFFLICA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis potentia, quod corde credimus et ore proferimus, Patrem vero ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum Sanctum a Patre et Filio procedente.

Ego Guthur Petríz et uxor mea Onneca, et ego Ziti Gutierrez una cum uxor mea Fronildi, dum divinitatis ordo in nos trutinaverimus, que et quanta sunt que moventur (*sic*) in celis, vilescent animo omnia que abentur in terris. Proinde nos, inluminati a Sancto Spiritu, nec non et repentina morte timendo et gloria regni eterni inquirendo, ammonente nos cotidie lectio divina atque dicente: «date et davitur vobis; querite et invenietis», et iterum: «omnis homo qui dotaverit altaria sancta Dominus centuplum tribuit et vitam possidet eternam». Hoc nos audiente, qualique indigni parva intellegente, previdimus inter nos ut contribueremus, sicut et tribuimus, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna domno Sebastiani abba ibidem fratrum regentem katerba; trademus in primis corpus simul et proprias nostras animas; deinde ex facultates proprias quantum Dominus est magna voluptas, id est, donamus in *Ozeta*¹ divisa cum proprias nostras casas, cum homines

¹ Aunque había un Uceda en la antigua merindad de Aguilar de Campoó, dependiente del monasterio de Cervatos, no creemos aluda á él el texto sino á otro Uceda, lugar del Valle de Cabuérniga (Santander) en cuyos términos existe una ermita de Santa María, y á la cual se refiere el título de esta Escritura.

populatos vel pro popolare, cum terras, pumares, mobilia et inmobilia, quantum honore hominis sunt prestantis, exitus et regressus, montes et in fontes, ab omni integritate, quantum domna Oneka fuit pertinentis ab omni integritate sit traditum Sancti Petri et domno Sebastiani abbati. Et in Sancti Tirsi de *Tutanka* ² ab omni integritate kasas atque homines populatos et per popolare, terras atque pumares, seu in montes et in fontes, exitus et regressus, mobile et immobile, cum omnibus ad eum pertinentibus. Et in *Ca-hornica* ³ casas, pumares, exitus et regressus, ab omni integritate, quantum est mici Fronilde pertinentis et meis parentis. Similiter et in *Afflica* ⁴ locum quod vocitant Serra, kasas, pumares atque terras, mobilia et inmobilia, exitus et regressus, ab omni integritate, quantum nobis est pertinentis. Abeatis, vindicetis usque in perpetuum habiturum, tam in diebus nostris quam et post obitum nostrum.

Si quis aliquis homo, an nobis aut filiis vel neptis seu sobrinis aut aliqua subrogata persona, hunc datum nostrum inrumperet venerit, qualiter sit maledictus a Deo et ad sanguine Christi sit descomunitatus, et cum Juda, qui Dominum tradidit, habeat partem in inferno inferiori, amen, et ipsas casas cum omnibus abiacentis suis reddat in dupplis; et inferat ad parte regis terre XX. libras ex purissimo auro in cautis; et scriptura ista firmitatem abeat plena.

Facta carta traditionis notum die ipsas Kalendas Malas, sub Era TCXXIII.^a

Ego Guttier Petríz et uxor mea Onneca, et Ziti Gutterriz et uxor mea Fronildi, qui hanc traditione fieri iussimus et relegendo audivimus, ex manus proprie signos expressimus ✠ ✠ ✠ ✠, et testibus tradimus ad roborandum.

Regnante rex Adefonsus in Legione et in tota Spania.

Gomessanus episcopus cf. rb.—Munnus episcopus cf. rb.—Obecus abba Onniensis hic rb.—Fortunius abba de Silis hic rb.—Petrus abba de Sancta Juliana hic rb.—Guttier Roderiz cf. rb.—Bermudo Roderiz cf. rb.—Bita Duenno cf. rb.—Didaco Gundissalbiz cf. rb.—

² *Tudanca*, pueblo que da nombre al valle de Tudanca (Santander). Del monasterio de San Tirso de Tudanca habla Argal, *Obra cit.* VI. p. 583. En la antigua merindad de Villadiego y á orillas del Ebro había antiguamente dos lugares llamados Tudanca de Yuso y Tudanca de Suso, que algunos han confundido con este de nuestra Escritura.—³ *Cabuerniga*, cabeza del Valle de su nombre y de un partido judicial (Santander).—⁴ Desconocemos el nombre actual de este territorio.

Sabastianus Gutteriz testis rb.—Obecco Gutteriz testis rb.—Senior Didaco Albariz testis rb.—Gundisalbo Albariz testis rb.—Albaro Gundisalbiz testis rb.—Albaro Didaz testis rb.—Petru Jhoannes maiorino rex testis rb.

Et alias cartas inquire in antea.

—*Bec.* fol. 96, col. 4; Berganza, II, 444.

CCCLXVII

17 Mayo 1085.

DE ZONNETA

Sub nomine sancte et individue Trinitatis.—Ego Dominico Gutierrez spontanea miei accessit voluntas ut traderem me in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maxime que digna, et tibi patri spirituali Sebastiani abbati et omnium fratrum. In primis trado anima et corpus; deinde mea hereditate propria quem abui de parentibus meis et de meas conparationes que comparavi in villa quem dicunt *Zonneta*¹, dono et concedo terris et vineis, ortis, molinis, pumiferos, pratis, pascuis, padulibus, defesas, in exitus et regressus, et omnia ex meo potueritis invenire trado eum ab omni integritate, tam in vita mea quam et post obitum meum. Abeatis, teneatis, vindicetis usque in perpetum vivitum.

Si quis aliquis homo, an ego aut germanis vel subrinis aut aliqua subrogata persona, hunc meum datum inquietare vel inrumpere voluerit, qualiter in primis sit maledictus a Deo et cum Juda, qui Dominum vendidit, abeat partem in inferno inferiore, amen; et ipsa hereditate dupplata vel triplata in simili tali loco; et insuper damna secularia inferat a parte regis terre V. libras aureas reddat in cautis; et scriptura ista abeat firmitatem.

Facta carta traditionis notum die XVII Kalendas Junias, sub Era TCXXIII.^a, regnante rex Adefonsus in Legione et in Toletu.

Ego Dominico Gutierrez, qui hanc scedula fieri iussi et relegendo audivi, manu propria sygnum impressi, et testibus tradidi ad roborandum.

¹ *Zuñeda*, junto á la vía férrea, entre Briviesca y Pancorbo.

Gomessanus episcopus hic.—Obeccus abba hic.—Munnio Armentalez hic.—Dominico Munnioz hic.—Moville Godestioz hic.—Martino Godestioz hic.—Munnius episcopus hic.—Fredinandus abba testis.

—*Bec.* fol. 97, col. 2; Berganza, II, 448.

CCCLXVIII

—1 de Junio 1084.

DE CASTRELLO

In Dei nomine.—Ego Vincenti Nuniz et uxor mea Maria trademus nos metipsos in domum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, locum vocitatum Kara maximeque digna, regentem katerba domno Sebastianus gratia Dei abba. Trademus in primis corpora propria simulque et anima, deinde ex facultate nostra propria quantum dedit Dominus ad anima, damus in villa quod dicitur *Castrello de Munnio Romaniz* nostras proprias kasas, quam sunt ex nostra herentia, ut sint Sancto Pedro per tempora secula.

Si quis, filiis, propinquis vel extraneis, super hunc nostrum factum ausus fuerit venire contrarietatis, in primis ira Dei incidat super eum, et cum Juda Domini traditoris abeat partem in inferno inferiore, amen; et ipso solare cum suas kasas duplatas vel triplatas; et inferat ad dominus terre IIII. libras aureas in cautis.

Facta carta traditionis die notum Kalendas Junias, Era TCXXII.^a, regnante rex Adefonsus in Legione et in Toletu.

Ego Vincenti Nuniz et uxor mea Maria, qui hanc donationem fieri iussimus et relegendo audivimus, manus proprie singulos sygnos impressimus ☒ ☒, et testibus tradimus ad roborandum.

Gomessanus episcopus hic.—Munnius episcopus hic.—Senior Didaco Albariz hic.—Gundisalbo Albariz hic.—Albaro Didaz hic.—Petro Jhoannes hic.—Jhoannes Didaz testis.—Dominico Belascoz testis.—Petru Fredinandiz testis.—Et omnes viri de Castrillo qui audierunt hic roborant.

—*Bec.* fol. 97, col. 3.

CCCLXIX

17 de Febrero 1050.

DE AMBOS SANCTOS MARTINOS

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi. Domnis sanctis atque gloriosis, et post Deum nobis fortissimus patronis, venerandisque martiribus, quorum reliquie condite requiescunt Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in cuius honore vaselica fundata est in suburbium quem dicunt Vurgos, in locum quod vocitatum Kara maximeque digna, ubi et ipso monasterio fundatus esse dinoscitur.

Ego Fredinandus, gratia Dei rex, et uxor mea Sancia, si beneficiis divinis nostra compensetur oblatio, parvi penditur quod concedimus, que quod sumus, quod que regno prediti et rerum domini sumus celesti largitate locupletati. Set quia omnis oblatio pro fidei quantitate et sinceritate pensatur, non putamus esse minima que magna fides Deo consecrat. Denique non est nobis dubium, set multis manet notissimum et quognitum, et quod de vestro datum habuistis concessum atque firmatum vobis patribus nostris Gomesamus episcopus et Dominico abba vel collegio monachorum Sancti Petri, ideo concedimus vobis nostrum monasterium proprium *Sancti Martyni* nominatum, qui est situm id suburbio de Vurgos, in flumen Aslançone, iusta Villa Vascones, ab omni integritate, cum prestationibus suis atque decaniis, domus, atriis, terris, vineis, ortis, molinis, padulibus, seu sautis, cum suis productilibus aquis, sicut determinatum fuit ab antiquis possessoribus, id est, de penna de subtus ripa per directo a Rrenovisco, et de alia pars de illa fonte de illo fratello de subtus ripa ad directo ad illo calice ubi emittunt aqua ad rigandum illa veika, que est de Sancti Martyni, et suas defesas in illa aqua per piscare in ypso que termino.—Atque et concedimus vobis alium monasterium in Agusyne suburbio atque residentis Kavié fluvium, iusta villa *Motua* vocabulo, in cuius honore vaselica Sancti Martyni fundata est dinoscitur, cum suis decaniis que sunt nominate Sancta Maria in Motua cum adiacentis suis. Et in *Villa Gundissalbo* Sancti Juliani cum prestationibus suis; atque in *Peniella* Sancti Mikael cum suis adiacentiis determinatis,

Etenim reconsignamus in primis ipsum locum in quo hæc eadem ecclesia sita est, cum omnibus adiacentiis vel prestationibus suis, domum, atrium, terras, vineas, ortos, molinos, pratos, padules cum suis antiquis productilibus aquis, quorum termina de pratos, de parte orientis de illo Vallatare usque venit ad alio Vallatare; de occidentis et illa defesa determinata, de una pars via que discurrit de ecclesia Sancti Martyni usque vadit ad Motua, et de alia pars limite de serna de ipsa que ecclesia, et in tertia parte fingit lineam in limitare de serna Sancti Martyni, que est ante altare, atque in quarta parte in sumitate via que pergit de Sancti Martyni ad ecclesie Sancti Cipriani.

